

concedi debet sine legitima causa; nec Universitatibus absque urgente necessitate. Idem *constit. 16. incip. Non ambigimus*, §. 3.

61 Dispensationes generales ab observantia Quadragesimæ pro integris populis concedi nequeunt absque gravi causa. Idem *tom. 2. constit. 130. incip. Libertissime*, §. 10. & sequent. Cause legitime ad concedendam talem universalem dispensationem possunt esse morbi communes, ob aliquam aëris corruptionem, seu morbus epidemicus. Et si in aliquo loco, neque oleum, neque pisces comparari possint; tunc incolis ejusdem loci concedi potest, ut lacte, & ovis utantur. Si autem hæc revera deficient, tunc carnis salubris tamen edende facultas conceditur, interposita semper jejunii servandi conditione. Idem *ibid. §. 17. & seq.* Et tunc ad id Medicorum sententia sunt exquirenda, & eorum attestationes exhibenda. Alias dispensatio denegabitur. Idem *ibid. §. 24. 25. & 27.* Non sunt tamen cause legitime pro tali universali dispensatione ciborum caritas, & militum stationes. Idem *ibid. §. 18. & 19.*

66 Dispensationes generales, super observantia Quadragesimæ, altarumque abstinendarum pro communibus Patriarchatus Antiocheni, quomodo sint concedendæ assignatur ab eodem Pontifice, nempe, ut in singulis tantum annos, quibus egestatem, & inopiam icthiorum quadragesimalium persistere ibi cognoverit, & non aliter, nec alio modo, nisi illa remanente etiam quoad illos incolas generali lege de jejuniis, & abstinentiis, à qua nemini illis communitatibus dictam dispensationem concedere. Idem *tom. 1. constit. 87. incip. Demandatam*, §. 7.

67 Dispensationes super ritibus ecclesiasticis à S. Sede petendæ sunt, nec, ea inconsulta, ab alio quolibet concedi possunt. Idem *tom. 1. constit. 107. incip. Omnium sollicitudinum* 68. §. 14. Dispensationes adversus ritus, & canones ecclesie Græcæ concedi possunt à Missionariis Latinis. Idem *const. 87. incip. Demandatam*, §. 16.

69 Dispensationes Sacræ Pœnitentiariæ cum dirigitur ad Confessarium ex approbato ab Ordinario, executioni mandari debent à Confessario approbato ab Ordinario illius loci, in quo dispensatio illa præstari debet; nec valet si actu Confessarius non sit, sicut nec si approbatus fuerit tantum pro maribus, & dispensatio petatur à femina; Benedic. XIV. *Instit. eccles. 87. §. 31.*

70 Cum dirigitur Confessario magistro in Theologia vel Decretorum Doctore requiritur laurea Theologiae, vel Juris canonici in publica Universitate; nec aperiri literæ illæ possunt à simplicii Regulari Confessario, nisi tamen religio illa privilegium aliquod ea de re obtinuerit; *ib. §. 32.*

71 Si semel apertum fuerit Breve Pœnitentiariæ ab eo, qui non habet titulum requisitum, non ideo tamen vitiatum rescriptum, sed sufficit si alteri habenti requisita consignetur; *ibid. §. 33.*

72 Si semel electus fuerit executor, potest nihilominus ex probabilis sententia variari, quamquam non desinat Doctores, qui oppositum opinentur; *ibid.*

73 Executor certiorum se reddere debet de veritate causarum, ex quibus obtenta dispensatio est; non tamen requisitis aliunde testimoniiis, sed ipsum dispensandum interrogans, nisi aliunde ipse eandem veritatem rescisset; nec teneri illum sub juramento interrogare, ut est communis Doctorum sententia; *ibid. §. 34.*

74 Si tamen falsa narrare dispensandum sciverit, non potest ad dispensandum procedere, nisi id sciret ex precedentibus dispensandi conditionibus, ut ex Sanc. *ibid.*

75 In ejusmodi dispensationis literis mandatur executori, ut dispense, audita prius sacramentali confessione, & in ipsa confessione; nec liberum est illi extra confessionem rem exequi: ut omnes docent; *ibid. §. 35.*

76 Cum pœnitentia in literis definitur, ea injungenda est; si vero committatur arbitrio Confessarii, non est illi liberum eam ad arbitrium injungere; sed ad prudentiæ leges dirigenda est, neque nimis rigida, neque lenior quam par sit; *ibid. num. 37. 38.*

77 Quoad clausulam, *dummodo sit occultum*, censetur

occultum si tantum septem, vel octo in civitate id resiciant, in oppidis vero si quinque, vel sex; quam sententiam Scriptores, qui mentem Sacræ Pœnitentiariæ probe norant, ruerunt. *Ibid. §. 45.* Occultum impedimentum Fagnan. censet illud, quod nullo pacto probari possit; *Ibid. §. 44.*

Si impedimentum occultum fuerit in loco, ubi executioni mandanda est dispensatio; publicum vero in alio ubi commissum est delictum, tutius est tunc executionem suspendere, & de hac novitate Sacram Pœnitentiariam certiorum facere; *ibid. §. 46.*

Delictum olim publicum, non occultum, si à die commissi criminis longum tempus effluxerit, ad effectum dispensationis obtinendæ censetur; *ibid. §. 42.*

Si quis rem veritam præstiterit, sed publice creditur obtinuisse ad id facultatem, hujus peccatum ad effectum dispensationis obtinendæ, creditur occultum. Si vero commississe delictum resciat, sed ignoret inde consurgere impedimentum, profecto occultum quoad hunc effectum non censetur; *ibid. 48.*

Si delictum deductum sit ad forum contentiosum, à Sacram Pœnitentiaria censetur publicum. Si tamen data in eo fuerit sententia absolutoria criminis, per quam reus repertus sit innocens, & non culpabilis, vel ex hæcenus deductis non repertus culpabilis, etiamsi id obtinuit sit mediis illicitis, falsis testibus, &c. adhuc censetur impedimentum occultum ad hunc effectum; *ibid. §. 49.*

Alia ad rem, vide verb. Bigamia, verb. Jejunium, 82. verb. Impedimentum matrimonii, art. 3. verb. Irregularitas, art. 3. verb. Juramentum, verb. Simonia, verb. Votum.

Loco juris communis dici debere; juris humani, 83. vel positivi in definitione dispensationis monet *Soll de leg. cap. 4. §. 1. num. 170. quia inquit etiam in municipalibus, & synodali jure, quod distinguitur à communi cap. 1. de const. in 6. dispensatur.*

Quod ait *Auctor num. 7.* de tacita dispensatione sublatâ à regis 51. *Cancellaria*, id intelligi respectu Summi Pontificis, ut innuit idem *Auctor ibidem*, & advertit *Rigant. in commentor. ad dict. reg. 51. num. 8.* Ceterum alii post Pontificem possunt adhuc tacite dispensare. *Soll de iur. quæstio est, utrum tacite dispensare valeant super propriis constitutionibus, an item super legibus superioris in casibus, in quibus concessum ipsis est dispensare. At communior est opinio, posse tacite dispensare etiam super legibus superioris. Confer *Soll de leg. cap. 4. §. 1. num. 178.**

Tacita vero dispensatio secundum *Rigant. in comment. ad dicta reg. 51. num. 15. & sequent.* tunc locum habet, quum quinque hæc concurrunt. Primum est quod qui gratiam inhabili, seu incapaci facit, sciat factum, & ex illo juris dispositionem. Secundum quod pariter sciat, quod in illo facto opus sit dispensatione. Tertium, quod ex certa scientia affirmativum factum faciat, illudque exprimat. Quartum, quod de causa, qua ad tacite dispensandum movetur, cognoscat. Quintum denique, quod ex dispensatione illa tertio præjudicium non irrogetur. At præsertim quartum requisitum necessarium haud esse, tenet *Soll de leg. cap. 4. §. 1. num. 178.* qui *seq. num. 179.* aliter explicat, quando censetur facta tacita dispensatio.

De potestate Summo Pontifici competente dispensandi super legibus omnibus positivis non est quod differatur, quum ea pronant ab ea superioritate, quam obtinet super omnes, & firmatur in *cap. 4. de concess. præbend.* Quod vero attinet ad Episcopos, ii utique possunt dispensare non solum super propriis constitutionibus, verum & super legibus Synodi Diocesane. Duo vero excipiuntur casus. Prior est, si constitutio à Summo Pontifice confirmata fuit in forma, ut ajunt, non communi, sed specifica. Alter est si constitutio abierit in contractum; Confer *Soll de leg. cap. 4. §. 2. num. 184. & sequent.* At quod attinet ad priorem casum, tunc secundum alios confirmatio in forma specifica impedimento esse potest, quominus Episcopus dispense, quum constitutio excedat potestatem ipsius Episcopi, ita ut totum faciat auctoritas pontificia, non item quum adhibita ea fuit ad abundantiorum cautelam.

Super legibus vero superioris Episcopus regulariter nequit dispensare non solum super jure pontificio, sed nec super synodo provinciali. Quinimo nec Archiepiscopus dispensare valet super synodo provinciali, cum ab ipso tanquam inferiori ad provincialem synodum appelleretur; *Soll de leg. cap. 4. §. 2. num. 189.* Quando vero Episcopus dispensare queat super legibus superioris, vide ad apud eundem Auctorem de *LL. cap. 4. §. 1. à num. 19. ad plur. sequent.* Ubi examinatur, an in casibus, in quibus inferior potest potestate dispensandi, secum ipse dispensare valeat; tum an dispensare valeat cum Vagis, & Peregrinis.

De justis causis dispensationis consule *Rousseau de la Combe in sua Jurisprudencia canonica, verb. Dispensatio, sect. 1. num. 4. sequent.* An autem cesset dispensatio, si causa, ob quam fuit concessa, cesset iidem ante executionem illius, non conveniunt inter se Doctores. Negant *Suarez de Legibus, lib. 6. cap. 19. num. 18. Gutierrez q. canon. lib. 2. cap. 15. num. 30.* Affirmat vero, & quidem allegatis pro se *Glossa, Joanne Andree, Baldo, Felino, & aliis, Sanchez de matrimon. lib. 8. disp. 30. n. 14.*

An & quando potius datum mandatum de dispensando quam gratia dispensationis concessa à Papa sit, & quinam sint effectus diversi, expendit *Rot. in Ugentina beneficii 5. Maii 1738. cor. Eminentiss. Crescentio.*

Nota demum, dispensationem esse stricti juris, nec ullam pati extensionem. Vide exempla in *Hildecimen. fructuum canonicalium super bono jure 16. Junii 1731. cor. Eminentiss. Crescentio.*

DISPENSATIO IN BIGAMIA. Vide verb. Bigamia.

DISPENSATIO IN FESTORUM OBSERVANTIA. Vide verb. Festum.

DISPENSATIO IN JEJUNIO. Vide verb. Jejunium.

DISPENSATIO IN IMPEDIMENTIS MATRIMONII. Vide impedimenta matrimonii, art. 3.

DISPENSATIO AB IRREGULARITATE. Vid. Irregularitas, art. 3.

DISPENSATIO IN JURAMENTIS, & VOTIS. Vide verb. Juramentum, & Votum.

DISPENSATIO IN PœNIS SIMONIÆ. Vide verb. Simonia.

(Præter ea, quæ pag. 170. verb. Appellatio, vers. Quemlibet: pag. 291. verb. Bellum, vers. Inspiciantur: pag. 44. vers. Si à Summo: & pag. 45. vers. Per legem: verb. Delegare, inseruntur: quam facultatem Ecclesie cupit Supremum habere dispensandi; videat *lex 2. utque ad 6. tit. 5. p. 1. Huc accedit lex 1. & 2. tit. 2. ejusd. tit. p. de observantia festorum agens: lex 4. §. 6. ejusd. tit. & p. de reverentia loquens: de istis dispensatione, vid. in fin. verb. Bulla Cruciatæ: De impedimentis matrimonii, vide add. hisp. verb. Impedimentum matrimonii, vers. Duobus De irregularitate; add. etiam hisp. verb. Irregularitas De juramentis, & votis recognoscatur *lex 5. & 6. tit. 8. p. 1. cum §. tit. 5. ejusd. p. Quid in Simonia lex 19. & 20. tit. 19. cum §. tit. 5. p. 1.**

Quamvis per supradicta in hujus adnotationis exordio, cum *leg. 2. §. 6. & 7. tit. 1. p. 1.* confiteatur, in lege superioris inferiorum ingerere se, eam tollere, declarare, aut interpretari, *leg. 12. 14. 17. & 18. tit. 1. p. 1.* non posse: debet in mente retineri *lex 23. tit. 1.* in qua res cursum juris scripti impedientes proponuntur; *Consuetudo primatum, vide etiam leg. 6. & 7. tit. 2. p. 1. & 21. tit. 2. lib. 2. Ind. tenet: Pactum inter partes, dum civilibus dispositionibus non repugnet, secundum, *contonati lex 1. & 12. tit. 1. p. 5. addit, hisp. verb. Contractus, & Pactum, & noviss. verb. Assocuator, pag. 242. vers. Rationi: per tot. occupat locum: Principii Indulgentiæ, ad rem. lex 21. tit. 6. p. 3. 1. tit. 8. lib. 4. For. Reg. tit. 30. p. 7. tit. 11. lib. 1. Ord. Reg. tit. 25. lib. 8. Reomp. Castell. in tertio collocatur: *Novæ legis promulgatio ad quartum spectat, respici qua in principio hujus §. recitatur cum 19. tit. 1. & p. 1. 8. tit. 2. p. 2. 3. tit. 6. lib. 1. For. Reg. 3. tit. 4. lib. 1. Ord. Reg. 2. tit. 1. lib. 2. Reomp. Castell. Quintum obtinet, ubi juri naturalis positivum adversatur *leg. 1. 8. & 18. tit. 1. p. 1. Verum in præmissis, tit. 2. ejusd. p. deciditur vim & legum efficaciam, nisi per usum, consuetudinem, & forum haud impediatur: copiosa exhibetur mate-****

ria: in horum elucidationem non officit memoria commendare quæ verb. Decima, art. 4. super hujus juris acquisitione adjecta inveniuntur; ne despicias addit. hisp. reveridere, verb. Bona laicalia, vers. Omnia bona: & verb. Lex, vers. Monarchicom.)

DISTRIBUTIONES QUOTIDIANÆ.

ARTICULUS I.

Quid, & quæ sint distributiones quotidianæ, & à quibus acquirantur?

SUMMARIUM.

1. Distributiones quotidianæ ita dicuntur, quia juxta cuiusque merita, ac laborem, & qualitatem distribuuntur.
  2. Distributiones quare dicantur quotidianæ.
  3. Distributiones quotidianæ alie sunt, quæ non distinguuntur à Præbendis, & alie quæ distinguuntur, & quæ sint utraque, ad num. 4.
  5. Distributionum quotidianarum propria definitio: quæ sub earum appellatione veniant: & quibus harum perceptio respondeat, ad num. 51.
  52. Post Concilium Tridentinum canonici absentes: quid eis proprium, ad num. 54.
  55. Auctoris supp. ad num. 73.
  74. Novæ addit. ex aliena manu inseruntur, ad num. 84.
- DISTRIBUTIONES quotidianæ secundum nominis etymologiam ita dicuntur, quia juxta cuiusque merita, ac laborem, & qualitatem distribuuntur; nam distribuere est suum cuique tribuere, *l. 1. ff. familie hereticorum. Rota p. 7. recent. dec. 115. n. 20.* (Concordat *tot. tit. 26. p. 2. præcipue in leg. 1. id. 1. tit. 15. p. 6.*) Dicuntur autem quotidianæ sive quia quotidie distribuuntur iis, qui quotidie horis canonicis, divinisque officiis intersunt, quasi quotidianum & diurnum stipendium. *Rota cit. p. 6. dec. 115. num. 23. Barbosa lib. 3. Juris ecclæ. univers. cap. 18. num. 4. & de Canonici c. 21. num. 3.* cum pluribus ibi citatis. Distributiones alie sunt, quæ non distinguuntur à præbendis, sed ipsæmet præbendarum vice funguntur, ut sunt distributiones illarum ecclesiarum, quarum fructus omnes in communi reponuntur, & singulis diebus distribuuntur cuilibet canonico presenti pro victu, de quibus in *cap. Olim, de verbor. significatione, & apud Decian. cons. 43. col. 1. Menoch. cons. 436. num. 25.* Alie vero sunt distributiones à præbendis separate, atque distinctæ, quales sunt distributiones illarum ecclesiarum, in quibus Canonici certas habent præbendas, & præterea quotidianas distributiones, quæ dantur interessentibus divinis officiis, de quibus in *cap. Quia 15. de scriptis. & in cap. Unic. de Cleric. non resident. eod. in 6. & in cap. ultim. de concess. præbend. pariter in 6. Paris. cons. 32. num. 7. & cons. num. 4. cum seq. vol. 4. Covarr. lib. 3. varior. cap. 13. num. 1. Galliet. in Margarita Casuum controvers. verb. Distributiones 2. (Consonat *lex 16. 17. 18. & 19. tit. 16. p. 1.* Non discrepant *lex 1. usque ad 6. præsertim 3. 4. & 5. tit. 11. lib. 1. Ind.*)*
- Distributiones quotidianæ proprie loquendo definiuntur, quod sint stipendia quædam personalia, quæ ex redditibus ecclesie (præter præbendam, aut portionem certam pro beneficio competentem) Canonicis, & Beneficiatis, seu Clericis cathedralium, & altarum collegiarum ecclesiarum divinis officiis interessentibus pro divino officio tribuntur. Distributiones hujusmodi non veniunt appellatione fructuum, sed reddituum, & proventuum istius, vel illius beneficii, cum sint redditus casuales, & incerti, qui acquiruntur labore, & intervntu in divinis, *cap. Licet 32. de præbend. cap. Unic. de Cleric. non resident. in 6. cap. Quoniam 8. §. In illis, de concess. præbend. etiam in 6. Rota part. 15. recent. dec. 61. num. 1. Cassad. dec. 1. de Cleric. non resident. Covarr. lib.*

lib. 3. *variar. resolut. cap. 13. num. 1.* Fagnan. lib. 3. *decretal. in cap. Licet 32. de prebend. num. 3. & sequenti. & lib. 5. cap. Præterea 1. Ne Prælati vires suas.* Barbosa lib. 3. *Juris ecclæs. univ. cap. 18. num. 8. de Canonici cap. 21. num. 6.* Propterea non comprehenduntur in regulis Cancellarie de valore fructuum exprimendo, Felinus alios citans in cap. Ad aures, *de rescript. num. 14. Covarr. lib. 3. variar. resolut. cap. 13. num. 1.* Fagnan. loc. cit. Distributiones quotidianæ institutæ sunt in gratiam cultus divini, ut sic Canonici, & Capellani promptius, ac frequentius pro officiis divinis recitandis ad ecclesiam conventient, cap. *Unic. de Cleric. non resident. in 6. Clementin. Si Dominum, de relig. & venerat. Sanctorum; Rota part. 8. dec. 24. num. 17. & 18. & annotat. ad dec. 576. num. 70. & 101. & sequenti. part. 4. num. 4. tom. 3.* quia talis interest pro denario, qui non interesset pro Deo: ut nequit Hostiens in cap. Olim, *de verb. significat. num. 3. in vers. manualia, & Fagnan. ib. num. 42.* Et propterea, ut neque in parte minuti divinus cultus, sed et debitum omnibus rebus obsequium præstetur, Concilium Tridentinum *sess. 21. cap. 3. de reform. sic præcisè ordinavit: «Statuit Sancta Synodus in ecclesiis tam cathedralibus, quam collegiatis, in quibus nullæ videntur distributiones quotidianæ, vel ita tenues, ut verisimiliter negligantur, tertiam partem fructuum, & quotuncumque proventuum, & obventionum, tam indignitatum, quam canonicarum, personatum, portionum, & officiorum separari debere, & in distributiones quotidianas converti, quæ inter dignitates obtinentes, & ceteros divinis interessentes, proportionaliter juxta divisionem ab Episcopo, etiam tamquam »Apostolicæ Sedis Delegato, in ipsa prima fructuum »deductione faciendam, dividantur; sunt præcisè verba »Concilii.»*

9 Jus percipiendi quotidianas distributiones competit cathedralium, & collegiarum ecclesiarum Canonicis divinis officiis interessentibus, cap. *Licet 32. de prebend. cap. Unic. de Cler. non resident. in 6. Clementin. 2. de arat. & qual. & Extravagant. Cum nonnulla 1. §. præterea, de prebend. inter comman. & Conc. Trid. sess. 21. cap. 3. de reform. & sess. 24. cap. 12. de reform. Rota part. 3. dec. 473. num. 1. & dec. 689. num. 7. part. 10. dec. 135. num. 3. part. 13. dec. 213. num. 22. & 27. & sape alibi.*

10 Debentur autem distributiones his tantum, qui vere interessunt divinis officiis, non vero his, qui fide resident, aut juris interpretatione, cap. *De cetero, de Cler. non resident. Fagnan. l. 3. decretal. in cap. Licet 32. de prebend. num. 102.* quia ad ipsas lucrandas non solum requiritur præsentia, sed etiam interessentia corporalis in Choro. *Rota part. 5. tom. 1. dec. 22. num. 15. Annotat. ad dec. 377. num. 112. & sequenti. & num. 129. & sequenti.*

11 part. 4. tom. 3. & dec. 449. num. 7. part. 14. Unde non sufficit interessentia in ecclesia, etiamsi Canonicus esset in ecclesia celebrans eo tempore, quo horæ canonicæ cantantur in choro, sed requiritur actualis interessentia in ipso choro, dicta Annotat. ad dec. 576. num. 132. part. 4. tom. 3. Canonici enim celebrantes, dum divina officia recitantur, lucrantur solum distributiones si ad celebrandum compulsi fuerint ab eo, ad quem pertinet, vel si consuetudine fuerit introductum, quod Clerici recedentes à choro ad celebrandam missam, dum preces horaræ recitantur, eas lucrantur, secus veros si compulsi non fuerint, & consuetudo id non habeat. Sacra Congregat. Concil. in *Callenti 10. Junii 1628. in resp. ad 4. Et in Oriolen. 27. Martii 1631. in resp. ad 12. & tenent Gonzalez ad regul. 7. Cancell. §. 7. proam. num. 18. Placens. in praxi Episcop. part. 2. cap. 3. num. 4. & cum multis aliis Barbosa lib. 3. *Juris ecclæs. univ. cap. 18. num. 78.**

12 Distributiones quotidianas lucratur Canonici in absentia infirmis, cap. *unic. de Cleric. non resident. in 6. & Glossa ad omnibus approbata ib. in verb. Infirmitas, & sic semper respondit Sacra Congregat. Concilii teste Fagnan. l. 3. decret. in cap. Cum percussio 1. de Clerico agrotante num. 29. Barbosa in coll. apostolic. dec. verb. Distributiones quotidianæ num. 17. Garzias de benef. part. 3. cap. 2. num. 562. & tenuit Rota part. 1. recit. dec. 61. num. 7. part. 3. dec. 107. num. 1. & Annotat.*

ad dec. 576. num. 125. part. 4. tom. 3. & sape alibi. Sic distributiones quotidianas lucratur Canonici, qui ad ecclesiam se conferre non potest, quia est debilis in cruribus, vel tibiis, Barbosa l. 3. *Juris ecclæs. univ. cap. 18. num. 56.* cum aliis ibi citatis. Vel quia podagra laborat, huic enim debentur quotidianas distributiones censuit Sacra Congregatio, teste Fagnano lib. 3. in c. Licet, *de prebend. num. 142.* Vel quia est cæcus, & propterea missas celebrare, & divina officia recitare non potest. Sacra Congregatio Conc. 20. Jul. 1619. Sicut etiam Canonici post adeptum canonicatum, utroque lumine orbatus distributiones lucratur, absque eo quod divinis inersit; Sacra Congregat. Conc. sub die 26. Januarii 1616. Vel quia medicinam sumit, aut sanguine munitur. Jacob. de Grass. in *auris dec. part. 2. lib. 3. cap. 15. num. 10. Moneta, Trullench. Sanctarell. & alii cum Barbosa loc. cit. num. 69.* Vel quia lepra, aut alio morbo contagioso cogitur ab Urbe discedere: Barbosa cum supradictis l. c. *num. 61.* Vel quia sanitatis causa ad balnea, vel alium locum iret, Idem Barbosa cum eisdem loc. cit. num. 60. Extenditur insuper ut habeat locum etiam in senio confectis, quibus Sacra Congregat. declaravit quotidianas distributiones debent, si aliis residere sint soliti, ut refert Fagnan. loc. cit. num. 146. & Barbosa d. lib. 3. num. 64. *col. 1. apostolic. dec. verb. Distributiones quotidianæ n. 4.* Et his omnibus infirmitatibus detenti possunt distributiones quotidianas percipere, quamvis propria culpa in eas inciderint, cap. *Cum infirmitas, de pan. & remis. Et ratio est, quia etsi tales propria culpa sint impediti, hoc tamen impedimentum nec à Jure, nec ab homine, sed ab ipso Deo illatum est; ut innuit textus in cap. Cum percussio 2. caus. 7. quest. 1. ibi: Cum percussio corporalis imminet, utrum pro purgatione, an pro vindicta castigat, Dei in hoc judicium ignoratur, & ideo non debet à nobis addi flagellatis afflictio, & sic præcisè statuit Sacra Congregatio Concilii. teste Fagnano loc. cit. num. 147. cum non sit addenda afflictio afflictio, cap. Cum percussio, cap. Ex part. 5. de Clerico agrotante, cap. Licet 4. de censibus cum similibus.*

Nec obstat statutum Capituli contrarium, ut ægrotis, vel ex quavis causa absentibus, non dentur distributiones, quia hujusmodi statutum Sacre Congregat. Concilii, teste Fagnano l. c. n. 136. censuit non esse confirmandum, cum sit irrationabile, & contra bonum ecclesiæ, ut constat ex cap. 1. de Clerico agrotante. ibi: Quia si alii ejus essent exemplo deserti, forte non potest, qui militat ecclesie, inveni. Nec etiam obstat consuetudo non percipiendi distributiones in absentia, quia distributiones quotidianæ debentur infirmis absentibus etiam non probata consuetudine illas in absentia percipiendi, ut clare probatur in c. unic. de Cler. non resident. in 6. ubi ex regula, quæ præmittitur de distributionibus quotidianis in absentia non percipiendis, excipiuntur primo loco illi, quos infirmitas excusaverit. Nec tempus, quo Canonici fuit infirmus, computandum est pro tempore vacationum, ut declaravit Sacra Congregat. teste Fagnano loc. cit. num. 140. Immo Canonici infirmis percipere debent etiam portionem accrescentem, Sic decrevit Sacra Congregat. Concil. ut refert Fagnan. loc. cit. num. 139. Declaratur tamen, quod tales distributiones debeantur solum illis Canonici infirmis, qui dum sani erant, divinis officiis interesse solebant, alias enim distributiones quotidianas non lucratur, quia morbus non est causa non residentium in eis, qui etiam sani non resedissent. Rota in una *Hispanensi distributionum 2. Maji 1603. coram Cocino, Jan. Andr. Card. & Abbas in cap. Ad audiendum, de Cler. non resident. & in cap. Cum percussio, de Clerico agrotante, Fagn. loc. cit. num. 148. Felin. in cap. Apostolica, de except. num. 12. ubi dicit ita omnes tenere.*

Distributiones quotidianas lucratur Canonici in absentia, ratione justa, & rationabilis corporalis necessitatis; cap. *unic. de Cler. non resident. in 6.* ubi tamen advertitur, quod non quolibet impedimentum corporale excusabit, sed illud tantum, quod præsertim justam, & rationabilem aliquam necessitatem, veluti si injuste quis in carcerem mittatur, vel inique excommunicetur, vel sine culpa à civitate sit expulsus, vel aliis simili casibus, ut

27 ut in d. c. *Unic. num. 17.* exemplificat Barbosa. Quod distributiones quotidianas lucratur injuste carceratus, decrevit Sacra Congregat. Episcop. & Regul. sub die 5. Decembris 1600. Et Sacra Congregat. Concil. sub die 19. Maii 1626. respondit distributiones quotidianas, consuetudine contraria non obstante, debentur Canonico pro toto illo tempore, quo propter denegationem distributionum in tempore indebitæ incarcerationis abfuit à residentia. Et eadem Sacra Congregat. Concil. in *Lancian. 16. Februarii & 8. Maii 1627.* censuit distributiones debentur Canonico pro tempore, quo fuit Romæ carceratus, vel ibi ex causa detentus. Canonico injuste excommunicato, ac postea per sententiam absoluto, quæ in rem judicatam transiit, debentur distributiones quotidianas, & si quæ alia sunt emolumenta, quæ ab infirmis percipi consueverunt, censuit Sacra Congregat. Concil. ut refert Fagnan. loc. cit. num. 156. Excommunicatus enim injuste potest repetere fructus mediæ temporis, ut tradit Glossa communiter recepta in cap. Super causa 2. q. 4. & Glossa fin. in cap. Pastoralis, §. Verum, *de appellat.* Canonici expulsus à civitate propter seditiones absque sua culpa à contrariæ factionis hominibus, debet integre percipere quotidianas distributiones. Sic communiter Doctores cum Fagnan. loc. cit. num. 151. Distributiones enim quotidianas lucratur Canonici, qui ex facto Principis temporalis loci residere non potest, sed interea debet curare canonicatum resignare, vel permutare, aut rationem aliquam inire, quæ & suæ, & ecclesiæ indemnitati consultum sit, ut censuit Sacra Congregat. Concil. in *Carpen. 17. Septembris 1616.* Distributiones quotidianæ debentur Canonico absentis, ut iustam Judicis vexationem redimeret. Sacra Congregat. Concil. teste Fagnano loc. cit. num. 154. Item distributiones quotidianæ debentur Canonico citato ab causam criminalem, qui se innocentem exhibuit, ac propterea à servitio ecclesiæ abfuit, licet ex statuto ecclesiæ absentes per sex menses universam illius anni portionem amitterent. Sic ead. Sacra Congregat. ut testatur idem Fagnan. num. 155. Canonici, qui de crimine inquisitis, & condemnatis fuit, appellavitque, & fuit absolutus per tres sententias conformes, vel unicam, quæ in rem judicatam transiit, debet utique percipere necdum fructus, sed etiam distributiones quotidianas totius temporis, quo propter eam causam horis canonicis non potuit interesse. Ita ead. Sacra Congregat. Concil. ut expresse testatur Fagnan. loc. cit. num. 156. & Sacra Congregat. Episcop. & Regul. in *Lucerina 17. Augusti 1696.* Distributiones quotidianas lucrari debent Canonici, qui inquisitis de homicidio, & factus contumax infra annum comparuit, & factis defensionibus in carceribus, fuit absolutus, & innocens declaratus, & ab ea die scilicet, eas lucratur, quæ se præsentavit in carceribus, non vero antea, tempore scilicet, quo fuit contumax. Sacra Congregat. Concil. sub die 10. Novembris 1618. Distributiones quotidianæ debentur Canonico legitime impedito pro illo tempore, quo impeditus fuit inseruire. Sacra Congregat. in *Alexandrina 7. Septembris 1630.* Rota part. 14. dec. 190. num. 4. & part. 15. dec. 100. num. 3.

28 Distributiones quotidianas lucratur Canonici in absentia ratione evidents ecclesiæ utilitatis; cap. *unic. de Cler. non resident. in 6.* Sacra Congregat. Concil. sub 31. Januarii 1603. Rota part. 1. dec. 61. num. 7. & Annotat. ad dec. 576. num. 125. & 178. & sequenti. part. 4. tom. 3.

29 Absens pro defensione jurium ipsius ecclesiæ, vel sui beneficii lucratur fructus, & distributiones quotidianas. Rota in *Atensi fructuum, & distributionum 15. Martii 1615. coram Manzano, & in Calagurritana fructuum, & distributionum 26. Martii 1624. coram Ubald. & sic decrevisse Sacram Congregat. Concil. refert Garzias in *addit. ad tract. de benef. part. 4. cap. 2. num. 49.* & iterum sic decrevit ead. Sacra Congregat. Concil. in *Lauretana 16. Julii 1695.* Canonici Procurator Capituli, & pro negotiis Capituli assistens, tamquam præsens reputandus est, & habere debet distributiones quotidianas. Sacra Rit. Congregat. in *Sanenensi 21. Augusti 1604.* Distributiones quotidianas lucratur Canonici à choro absens occasione servitii curæ ejus canonicatus annexæ, tamquam si esset*

præsens, ex Conc. Trident. *sess. 22. cap. 3.* ideoque Episcopus curam animarum eidem Canonico auferre, & Mansionario sibi, ejusque successoribus benevisio conferre non debet. Sacra Congregat. Episcop. & Regul. in *Laudem. 24. Novembris 1617.* Distributiones quotidianas lucratur Canonici, qui accedit Romam pro servitio Episcopi, qui venit ad visitanda limina Apostolorum, etiam quod dictus Canonici veniat post Episcopatum, non autem simul; Sacra Congregat. Concil. die 6. Septembris 1623. Sic etiam distributiones lucratur Canonici missi ab ipsorum Episcopis ad limina Apostolorum eorum nomine. Sic decisum fuisse à Sacra Congregat. Concil. refert Garzias de benef. p. 3. cap. 2. num. 448. & Barbosam *colleclan. apostolicar. dec. verb. Distributiones quotidianæ n. 11.* Canonico autem in Urbe commorante, si deputetur ad Episcopatum suo ad visitandum limina, debentur et distributiones unius mensis. Sacra Congregat. in *Vigilien. 6. Januarii 1682.*

Si vero Episcopum ad visitandum limina comitasset, tunc distributiones debentur pro toto tempore accessus, mansionis, & recessus. Ead. Sacra Congregat. Concil. in *Comen. 28. Augusti 1688.* Quod tempus ead. Congregatio Concil. constituit esse trium mensium in una *Variomen. 17. April. 1627.* Distributiones quotidianas lucratur Canonici inservientes Episcopo pontificaliter celebranti in civitate, vel in suburbis, non autem in alio loco, vel comitantes in visitatione Sacra Congregat. Concil. sub die 7. Maii 1600. Distributiones debentur Canonico proviso ab Ordinario Cardinale vigore Indulti pro tempore, quo ecclesiæ inservit, & possessionem habuit vigore hujus provisionis, etiamsi fuerit postea coactus capere novam possessionem apostolicam, & primæ renuntiare; ex eo quod detectum fuit primam provisionem fuisse invalidam, quia beneficium erat de Jure patronatus Sedis Apostolicæ, & ejus provisio spectabat ad Papam, Sacra Congregat. Concil. in *Ferrariensi. 1627.*

Archidiaconi, vel Canonici visitans ecclesiam jurata, vel redditus suæ præbende, non amittit distributiones quotidianas, cum visitando prædicta jura, & loca serviat ecclesiæ in re utili. Si vero non visitaret propriam ecclesiam suæ diocesis, etiamsi illam visitaret ex officio, & jure sibi competenti; tunc non potest percipere distributiones quotidianas, ut referunt decisum Moneta de *distributionibus quest. 11. num. 63.* Garzias de benef. part. 3. cap. 2. num. 332. Barbosa de *canonicis, & dignitatibus, cap. 24. num. 4. de offic. & potestat. Episcop. part. 3. allegat. 53. num. 126.* Canonici Penitentiaris, si dum recitantur divina officia, audiat in ecclesia confessiones, percipit quotidianas distributiones, ac si præsens esset in choro. Conc. Trident. *sess. 24. cap. 8.* Sacra Congregat. Concil. in *Theatina 18. April. 1643.* & sic decisum fuisse referunt Aloysius Riccius in *praxi for. ecclæs. dec. 498. in prima editione, Moneta de distributionibus quotidianis part. 2. q. 11. num. 64. cum sequentibus; Barbosa lib. 3. Juris ecclæs. univ. cap. 18. num. 42. & de offic. & potestat. Episcop. part. 3. allegat. 55. num. 30.* Fagnan. loc. cit. num. 170. Etiamsi audiat confessiones venialium peccatorum, & non reservatorum, ex responsione Sacre Congregationis teste Fagnano loc. cit. num. 170. Penitentiaris non solum censetur præsens in choro, dum actualiter confessiones audit ad lucrandas distributiones quotidianas, sed etiam elemosinas ipsas, quæ distribuuntur pro associandis, & sepeliendis cadaveribus defunctorum, vel pro supplicationibus, & processionibus, quæ per Urbem aguntur. Ita decisum fuisse refert Garzias in *addit. part. 5. cap. 4. num. 225.* & Fagnan. loc. cit. n. 172. Theologus, seu obtinens præbendam theologalem diebus, quibus legit, habendus est tamquam præsens in choro non modo pro illis horis, ut si mane legat pro horis matutinis, & missa solemniter; sed etiam pro tota die, & percipere potest distributiones quotidianas. Ita declarante Gregorio XIII. decisum referunt Naldus *verb. Distributiones num. 9. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. §. 7. proam. num. 180.* Moneta de *distribut. quotid. p. 2. q. 10. num. 27. & quest. 11. num. 75.* Barbosa lib. 3. *Juris ecclæs. univ. cap. 19. num. 43.* Fagnan. loc. cit. num. 116. Canonici privilegiati super fructibus in absentia percipi-

piendis, si redditus omnes in his distributionibus consistant, lucratur de jure communi, sine diminutione hujusmodi distributiones, textu expresso in c. Olim 16. de verb. significat. ibi: *Plene sicut uni ex aliis residentibus.*

52. *Asr post Concilium Tridentinum, quod in cap. 3. sess. 12. jubet converti tertiam partem fructuum in distributiones quotidianas, Canonici sic absentes percipere debent tantummodo duas tertias illorum partes, amissa alia tertia, quæ inseruitur accessit. Fagn. in cap. De cetero, de Cler. non resident. à num. 29. usque in fin. & in cap. Licet, de Præbend. num. 126. & in cap. Olim, de verb. significat. à num. 36. usque ad 40. Canonici, qui Papæ, vel Cardinalibus inseruiunt cum Indulto percipiendi distributiones pro diebus, & horis, quibus actualiter in servitio occupantur, gaudent distributionibus, & etiam fallentibus absentium. Sacra Congreg. in Romana puniatur. 27. Jan. 1691.*

54. *Distributiones debentur Canonico pro tempore, quo sine salario organum pulsat. S. C. Episcop. in Nolana 23. Septemb. 1639. in Prevent. 22. Novemb. 1641.*

55. *\* Juvat hic ad rem de pœnu Inst. eccler. Benedic. XIV. sequentia, utpote scitu valde digna, & in praxi servanda, depromere.*

*Concilium Tridentinum sess. 21. cap. 3. de reform. mandat, ut separaretur à massa capitulari tertia pars fructuum, quæ dividatur inter presentes divinis officiis assistentes, ut supra traditum sub num. 8. Addit vero idem Concilium, quod si dignitates, & personatus ecclesiarum parochialium, & collegiarum muneribus suis defuerint, amittant distributiones, quæ applicantur fabricæ ecclesiæ, vel alteri pio loco arbitrio Ordinarii. Quod postremum intelligitur de dignitatibus redditus suos habentibus à mensa capitulari discretis, nam illæ, quæ participant ex eadem mensa, distributiones amittunt, sed distributiones illæ accrescunt presentibus. Inst. Eccl. 107. §. 41.*

56. *Vetat insuper sacrum Concilium sess. 24. cap. 12. de reform. ne choralis secum invicem paciscantur, ne mulcentur absentes. Vetat etiam ne gratis coadonentur distributiones iis, qui non interfuerint, cui decreto insistens S. C. C. semper negavit valere istas condonationes. Ibid. §. 42.*

57. *Hoc tamen non obstante fas est Episcopo transgressores istos ulterius punire, ut sæpius respondit Sacra Congregatio, Ib. §. 44.*

58. *Ceterum cum Sacrum Concilium exceptos judicet ab ea distributionum amissione illos, quos infirmitas, seu justa, & rationabilis corporalis necessitas, aut evidens ecclesiæ utilitas excusat: hinc Sacra Congregatio censuit in eo rerum eventus absentes non tantum suas distributiones non amittere, sed lucrari augmentum, quod fit ex distributionibus absentium sine causa. Quin & si quis discedens à civitate sanus proponens reditum ad civitatem post legitimam vacationem, si interim ægritudine afficiatur, nec redire possit, adhuc distributiones lucratur, ac si præsens esset in civitate, ut ex decreto S. C. Ib. §. 46.*

59. *Verum non omnis ægritudo excusat, nec omnes semper; nam si quis cum sapitate valebat, interesse negligebat; tunc eisi ægritudine gravetur, distributiones non obtinet, ut censuit S. C. Ib. §. 47.*

60. *Accideret tamen posset, ut quis non vetaretur quidem exire domo, sed ægritudine, qua afficitur, adesse choro non permitteretur. Hinc cæcus distributionibus potitur, etiamsi tam officii partem, quam memoria tenet, in choro non recitet, ut censuit S. C. Ib. §. 48.*

61. *Deberet cæcus distributiones ex ea die, qua lumine captus est, & non solum ex ea, qua se admittit ut præsens postulavit, censuit S. C. Ib. §. 49.*

*Quin nec teneri illum substituere alium pro onere missarum in Collegiata, eadem Sacra Congregatio alio decreto censet. Ib.*

62. *Quando pestis grassatur (quod Judicium Episcopo remittitur) Canonici, qui se absentant ab Urbe vel oppido, distributiones lucratur, ut ex decreto S. C. Ib. §. 50.*

63. *Nec privantur etiam, qui assenti aliis interesse choro vacationibus injunctis coacti esse de loco subducunt, ut ex decreto S. C. Ib. §. 51.*

Cujusmodi sunt etiam detenti injuste in carceribus, quæ injustitia tunc judicanda est sententia in ejus favorem lata, quæ in judicatum transierit: nam si interposita sit appellatio, exitus ejus appellacionis expectandus est; ut ex decretis S. C. ut Ib. §. 52.

Sententia in favorem rei illa dicitur hic, qua reus ut innocens absolvitur per sententiam diffinitivam; sicut etiam qua ex haftenus deducitur declaratur innocens; actandem ea, qua absolvitur cum clausula non molestetur; Non vero ea, qua absolvitur cum ex quo ratur. Ib. §. 53.

Ex evidenti ecclesiæ utilitate absentem ad distributiones admittit Bonifacius VIII. in cap. unic. de Cler. non resid. in 6. Quare absens à choro causa negotiorum ecclesiæ suæ, vel capituli, distributiones percipit; ut sæpe censuit S. C. Ib. §. 54.

Itaque Canonici Theologus qua die legit, potest non amissis distributionibus à choro abesse, etsi vacare illi posset, ut censuit S. C. Ib. §. 55.

Hinc etiam Canonici Penitentiaris, vel alius Canonici ad Episcopo deputatus in ejus locum, dum actu audit confessiones, tuto abest à choro, & distributiones obtinet. Si vero abiit, dum actus non audivit confessiones, distributiones minime percipit. Ibid.

Qui habet curam animarum in ea ecclesia, in qua est Canonici, si toto eo tempore occupatur actu in exercitio eorum, quæ spectant ad curam animarum, distributiones quotidianas obtinet; Ib. §. 56.

Animadvertendum est, Canonicos non præsentes, de quibus supra diximus, non privari distributionibus, non tamen participare de emolumentis anniversariorum, quæ ex voluntate fundatorum distribui consueverunt solum inter presentes, ut ex decr. S. C. Ib. §. 62.

Demum distributiones quotidianas obtinent Canonici, & Beneficiati, qui interdum infra annum intra domum religiosam clausi exercitia spiritualia præstant cum licentia Episcopi; non tamen si in Adventu, Quadragesima, & Pests solemnibus id agunt; & ita agunt, ut servitio chori nullum detrimentum inferatur. Ita ex Encyclica Clementis XI. Ib. §. 63.

Distributionibus etiam quotidianis non privantur Canonici, & Mansionarii emeriti, sive si Coadjutorem habeant. Ib. Debet tamen indulgum hoc obtinuisse à S. C. vi cujus nec loci residentia adstringuntur. Quamquam possunt ab Episcopo compelli ad assistendum choro, si cultus divinus detrimentum patiatur. Ib. §. 64.

Porro si Coadjutor sive intra civitatem ægrotet, sive extra, non tenetur Coadjutus assistere choro, & nihilo secius lucratur distributiones, quæ ipsi omnino debentur, etiam cum illis emolumentis, quæ presentibus accrescunt. Ib. §. 65.

¶ Interest, & quidem ad plures effectus, distinguere distributiones quotidianas à fructibus, quos vocant Grossos. Hæc autem statuta est regula: Si redditus ecclesiæ cathedralis, vel collegiatae, de qua agitur, dividuntur ratione beneficii nullo prorsus habito respectu ad servitium, sunt fructus Grossi; Sin autem dividuntur non beneficii, sed servitii ratione, & ut dici solet per punctos, seu punctaturas, ita ut major, vel minor sit portio uniuscujusque, prout majus, vel minus fuerit præstitum ab ipso servitium, sunt quotidianæ distributiones; Ita ex text. in cap. unic. de Cleric. non resident. in 6. tradunt Scharzius in decretal. lib. 3. tit. 4. §. 33. num. 33. Cardinal. Petr. in commentar. ad constit. apostol. const. g. Bonifacii VIII. n. 28. Cardinal. de Luc. de canon. discurs. 16. num. 6. & rursus num. Adnot. ad Concil. Trid. disc. 15. n. 8. Alter de Luca in Animado. à Gratian. disc. sept. forent. cap. 166. num. 5. Rota in recent. decis. 135. n. 7. part. 10. Et in hac ipsa sententia fuit Sacra Congregatio Concilii interpres in Capuana Spol. 9. Julii 1735.

Adeoque verum est, dictos redditus esse distributiones quotidianas, & non fructus Grossos, si divisio fiat ratione servitii, ut procedat etiamsi divisio non in singulos dies, sed in fine anni fiat; Rota in recent. d. dec. 135. num. 7. part. 10. coram Achill. de Gross. decis. 12. fer. per tot. de Præbend. & coram Cesar. de Grass. dec. unic. n. 8. de Cleric. non resident. & coram Seraphin. decis. 1140. num. 2. tum etiam si proveniant non ex oblationibus ann-

niversariis, aliisque incertis emolumentis, sed ex fructibus prædiorum; Cardinal. Petra in comment. ad constit. apostol. constit. g. Bonifacii VIII. num. 28. Cardinal. de Luc. de canon. discurs. 16. num. 6. & in Adnot. ad Conc. Trident. discurs. 14. num. 8. Rota in recent. d. dec. 135. num. 7. part. 10.

77. Regulariter nomine fructuum beneficii non veniunt distributiones quotidianæ, prout veniunt fructus Grossi.

78. Limitatur vero hæc regula concurrente in aliquo casu voluntate Papæ, ut distributiones veniant nomine fructuum beneficii, eaque vel expressa, vel tacita, ut fit in materia, quæ latam admittit interpretationem. Ceterum seclusa voluntate Papæ, vel expressa, vel tacita, firma remanet regula, minimeque distributiones quotidianæ veniunt nomine fructuum beneficii, præsertim si materia strictam exigit interpretationem; Fagn. in cap. 16. num. 6. de verb. signific. Torr. de Puct. futur. success. liber. 2. cap. 28. n. 60. & sequent. Add. ad decis. 576. numer. 57. & plur. sequent. part. 4. tom. 2. Idque etiamsi beneficia, de quibus agitur, careant præbendis, redditusque habeant solummodo consistentes in quotidianis distributionibus, Card. Petra in comment. ad constit. apostol. constit. g. Bonifacii VIII. num. 28. Rot. in recent. decis. 125. num. 7. part. 10.

81. Quæ de ratione distributiones quotidianæ non solum non veniunt nomine fructuum beneficii in Regulis Cancellariæ de valore fructuum expiando, ut monet Auctor num. 7. sed nec in regula IV. Cancellariæ perpetuo reservante dignitatem collegiatæ, quæ sit principalis, tum redditus excedens valorem decem florenorum auri de Camera; Card. de Luc. de benefic. discurs. 106. numer. 2. & seq. & rursus de Juraperson. disc. 69. num. 8. Rigant. in comment. ad Regul. Cancell. regul. IV. §. 2. num. 9. ubi quod procedat etiamsi omnes redditus consistent in solis distributionibus; Rota coram Kauniz. decis. 26. num. 6.

83. Spolio, ut de alio diverso effectu quotidianarum distributionum disseramus, haud subjiciuntur distributiones quotidianæ, prout distribuuntur fructus grossi, Marant. respons. 24. fer. per tot. lib. 3. Ventriglia in prax. for. eccler. tom. 2. adnot. 6. §. 2. num. 21. & admittit S. C. C. interpres in Capuana Spol. 9. Julii 1733.

84. An autem quis possit ordinari ad titulum beneficii, cujus redditus unico consistent in distributionibus quotidianis; affirmant communiter Barbos. d. potest. Episcop. allegat. 19. n. 24. Marchi. de ordin. iur. 2. part. 6. diff. fer. 5. n. 19. Campanilis in d. vers. Jur. Canon. Rubr. 8. cap. 5. num. 29. Boss. de ordin. quoad tit. sac. §. 17. numer. 139. §.

Congregationibus S. Officii adhibentur.

7. Episcopus Canonici, dum abest ex causa visitationis sue diocesis non lucratur distributiones quotidianas.

8. Distributiones quotidianas non lucratur in absentia Canonici collegiatae ecclesiæ, dum servit Episcopo Cardinali pro Caudatario; quibus casibus, sive in absentia, infirmitate, justave alia causa, eas percipiunt, si assistentiam non præbuerint, ad num. 46.

47. Si certum stipendium obtineat Canonici Organum pulsans anitris eadem distributiones, ad num. 53.

54. Nota add. ex aliena manu subneantur, ad num. 56.

**D**ISTRIBUTIONES non lucratur Canonici sine legitima causa absentes, quamvis consuetudine sit introductum, ut distributiones absentibus debeantur. Valli enim consuetudo expresse reprobatur à Bonifacio VIII. in cap. unic. de Cleric. non resident. in 6. ibi: *Consuetudinem... penitus improbant;* & ob id sæpius respondit Sacra Congregatio, decreto cap. 12. vers. Distributiones, sess. 24. etiam immemorabilem consuetudinem fuisse sublatam, ut testatur Fagnan. in d. cap. Licet n. 79. Hinc distributiones quotidianæ non debentur Canonico inservienti Episcopo in officio Vicarii etiam pro illis horis, quibus ratione officii vicariatus non intervenit choro, etiamsi à tempore immemorabili observatum sit, ut debeantur; S. C. C. in Biteton. 18. Decemb. 1627. Distributiones quotidianas non lucratur Canonici inserviens Episcopo in missis privatis; S. C. C. 17. Martii 1619. Item distributiones non lucratur Canonici associantes Episcopum volentem quandoque audire missam in ecclesia non cathedrali civitatis; sic Sacra Congreg. Concil. teste Fagnan. loc. cit. num. 107. & iterum in Arianen. 17. Maii 1707. Canonici Assistentes Episcopo non pontificaliter celebranti non lucratur distributiones; Eadem Sacra Congregat. teste eod. Fagnan. loc. cit. n. 108. Item non lucratur distributiones Canonici inservientes Episcopo in visitatione diocesis, aut in Monialibus velandis, aut in examine ordinandorum, & promovendorum ad beneficia, vel qui seminariorum president, aut in Congregationibus S. Officii adhibentur; Sic eadem Sacra Congreg. ut refert idem ibid. num. 109. Quinimo, ut ipsemet sibi subjungit, Archiepiscopo Januensi penente, ut duo Canonici eum comitantes in visitatione diocesis possent percipere quotidianas distributiones juxta antiquam illius ecclesiæ consuetudinem, censuit non concedendum.

Insuper Episcopus Canonici, dum abest ex causa visitationis suæ diocesis, distributiones quotidianas non lucratur; quia Littera d. cap. unic. de Cleric. non resid. in 6. ibi: *Evidens ecclesiæ utilitas, intelligitur de utilitate ecclesiæ particularis, de cujus distributionibus agitur, non autem de utilitate alterius ecclesiæ particularis, vel ecclesiæ generalis, ut formaliter inquit Joan. Andr. in d. cap. unic. de Cleric. non resident. in 6. num. 3. vers. Item intelligendum: ubi pro hoc allegat cap. Cum dilectus, & cap. De cetero, eod. tit. & cap. Licet de præbend. & sequitur ibi Petr. de Anchar. num. 4. in 5. notat; & Fagnan. in d. cap. Licet num. 160. ubi dicit, quod hæc est ratio, cur distributiones non debeantur Canonici existentibus in servitio Papæ, ut est casus in cap. Cum dilectus 14. de Cleric. non resident. juncta Glossa omnium consensu approbata ibid. in verb. Fructus, licet censeantur servire ecclesiæ universali, ut ibidem dicitur, Qui circa nos se obsequiales exhibent universis.*

Distributiones quotidianas non lucratur in absentia Canonici collegiatae ecclesiæ, dum servit Episcopo Cardinali pro Caudatario. Sac. Congreg. Conc. in Viterbien. 12. Apr. 1617. Neque distributiones quotidianæ debentur Canonico Cubiculario ad Bussulam Sanctissimi, & propterea absenti à residentia. Sac. Congr. Concil. in Reatina 13. Novemb. 1627. Familiares enim Papæ, qui non obstante constitutione contraria præbendarum suarum fructus percipiunt in absentia, non percipiunt tamen distributiones quotidianas, ut est casus in d. cap. Cum dilectus 14. de Cleric. non resident. juncta Glossa communiter approbata ibid. verb. Fructus, ut observat, & tenet Fagnan. loc. cit. num. 99. Distributiones 11

ARTICULUS II

Distributiones quotidianæ, à quibus amittantur, seu non acquirantur?

SUMMARIUM.

1. DISTRIBUTIONES non lucratur Canonici sine legitima causa absentes, quamvis consuetudine sit introductum, ut distributiones absentibus debeantur.
2. Distributiones quotidianæ non debentur Canonico Vicario Generali absenti à choro ratione officii vicariatus, quamvis ab immemorabili observatum sit, ut debeantur.
3. Distributiones quotidianas non lucratur Canonici inserviens Episcopo in missis privatis.
4. Distributiones non lucratur Canonici associantes Episcopum volentem quandoque audire missam in ecclesia non cathedrali civitatis.
5. Canonici assistentes Episcopo non pontificaliter celebranti non lucratur distributiones.
6. Non lucratur distributiones Canonici inservientes Episcopo in visitatione diocesis, aut in Monialibus velandis, aut in examine Ordinandorum, & promovendorum ad beneficia, vel qui Seminariorum president, aut in

quotidianæ non debentur Canonico in publica Universitate docenti, si in choro non intersit, quamvis omnes redditus in distributionibus quotidianis consistant. **Sacra Congregat. Concil. in Limana 18. Decemb. 1627.** Distributiones quotidianæ non debentur Canonico infirmo, vel alias legitime impedito, quando habet Coadjutorem, sed si Coadjutor non resideat, punctatur tamen ad damnum ipsius Coadjutoris. **Sacr. Congregat. Rit. in Colimbri 1616. & in Patavina 8. Maii 1617. & in Granat. 4. April. 1620.** Distributiones non debentur Canonico inquisito, & postea absolute, si hic haberet Coadjutorem, qui cum de tempore carcerationis, seu contumacia Coadjuti inservire debuisset, non inservit. **Sacr. Congreg. Concil. in Braxiens. 2. Jan. 1696.** in qua licet Coadjutor reperiretur absens causa studii, adhuc talis excusatio non fuit admissa, quia hic tenetur inservire durantibus Coadjuti impedimentis, cum Coadjutoris cum futura successione dentur in præmium servitii, & ideo fuit rescriptum: *Distributiones non debentur Canonico Nigrono, reservatis iuribus contra Coadjutorem prout de jure.* Distributiones quotidianæ non debentur Canonico, qui fuit Romæ pro negotiis Capituli contra Episcopum. **Sacr. Congreg. Concil. in Avellina 16. April. 1633.** Canonici, qui sunt Officiales tribunalis Inquisitionis non lucrantur in absentia distributiones quotidianas absque speciali Sedis Apostolicæ Indulto. **Sacr. Congregat. Concil. in una Mediolanens. 3. Febr. 1635.**

16 Immo neque lucrantur distributiones Canonici ipsi, qui funguntur munere Inquisitoris contra hæreticam præviam, Sicuti neque Examinatores synodales, dum similiter suo munere funguntur; uti neque Canonici, qui voluntarie, non autem ex officio sese confessionibus audiendis exponunt, ut respondit **Sacr. Congreg. Concil. in Romana servitii Chori 23. Septemb. 1690.** absentes enim his tribus casibus ad servitio chori ex sententia Sacre Congregationis distributiones non lucrantur, etiam si adsit contraria consuetudo in synodo diocæsana confirmata; sic refert, & tenet **Fagnan. loc. cit. num. 104.**

17 Distributiones quotidianas non lucrantur Canonici celebrantes, dum divina officia recitantur, nisi ad celebrandum compulsi, aut jussi fuerint ab eo, ad quem pertinet. **Sacr. Congregat. Concil. in Callien. 29. Jul. 1628. in Oriolens. 27. Martii in respons. ad 12.**

18 Canonici absentes studiorum causa non lucrantur distributiones quotidianas, textu expresso in cap. Licet 32. de prebend. ibi: *Licet vobis dixerimus scripta nostra, ut Magistro N. Eborac. Archiepiscopo in sacra pagina cupientes studere proventus suos ecclesiasticos faceretis integre ministrari; Nolumus tamen ut quotidianas distributiones, que tantum residentibus in ecclesiis, & his, qui interunt horis Canonice, exhibentur, et tribui faciant.* Hoc tamen ex sententia Sacre Congregationis locum habet, si Canonici habeat fructus ad distributionibus distinctos. Secus vero si redditus omnes in distributionibus consistant, quia tunc studiorum causa absentes lucrantur duas tertias partes illarum, amissa alia tertia que inservientibus accrescit; Idque declaravit habere locum tam in docentibus, quam in studentibus, sic refert, & tenet **Fagnan. loc. cit. num. 97.**

20 Distributiones quotidianæ non debentur interessentibus Congreg. Capitularibus tempore, quo divina celebrantur. **Sacr. Congregat. Rit. in Ulyssiponen. 17. Novemb. 1600.** Et iterum distributiones quotidianas nequam lucrantur Canonici capitulum habentes eo tempore, quo divina officia celebrari debent, pro illis horis, quibus divinis non interfuerunt. **Sacr. Congreg. Concil. in Oriolen. 27. Maii 1632. in respons. ad 11.** Canonici absentes ratione peregrinationis devotionis causa assumptæ non lucrantur distributiones quotidianas. Sic decisum fuisse à Sacra Congregatione refert **Fagnan. loc. cit. num. 119.**

22 Canonici habentes privilegium apostolicum percipiendi fructus beneficiorum suorum in absentia, non per hoc lucrantur distributiones quotidianas; cap. Licet 32. de prebend. & cap. final. de re script. in 6. & tradit **Covarr. lib. 2. variat. resolut. cap. 13. n. 2. vers. quisquis ad stipulatur.** **Fagnan. loc. cit. num. 100.** Distributiones, quæ dantur Canonici, vel Prebendatis propriæ ecclesiæ, quan-

do aliquas missas celebrant, non debentur Coadjutoribus nisi quando celebrant pro ipsis Coadjuti. **Sacr. Congregat. Rit. in Patavina 13. Decemb. 1626.**

24 Distributiones quotidianas non lucrantur Vicarius Generalis, quando est Canonicus, nisi sedeat, & incediat cum suo habitu, & in suo loco ordinario, ac si non esset Vicarius. **Sacr. Congregat. Rit. in Gallipolitana 11. Decembr. 1613. in Casalen. 5. Julii 1614. in Comaclen. 4. Julii 1615. & in Oritana 4. April. 1620.** Sic etiam distributiones quotidianas non lucrantur Canonici, sive Dignitates Protonotarii, si choro intersint cum habitu Protonotarii; **Sacr. Congreg. Rit. in Asculana Apulie 16. Martii 1610. & 19. Novemb. 1611. in Meliten. 7. Augusti 1621.** Et in **Speletana contra Priorum Collegiatæ S. Michaelis Terræ Sevaniæ 9. Julii 1695.** qui cum parere decreto recusasset, & indultum saltem habitum prædictum in choro deferri posse postularet; causa reposita 17. Decembr. ejusdem anni, responsum fuit: *Distributiones restituendas esse à die decreti, & indultum non esse concedendum.* Immo facta est post à Canonico cum Priore concordia, quod posset dicto habitu uti in functionibus ecclesiasticis, solutus tamen annuatim Sacristiæ scutis quindecim loco amissionis distributionum; & postulata dictæ concordie approbatione ab eadem Sacra Congregat. die 5. Julii 1698. referente Cardinali Petruccio fuit responsum: *Non esse locum approbationi Concordiæ.* Et die 22. Augusti 1722. proposito in eadem Sacra Rit. Congreg. per Cardinalem Orgium sequenti dubio: *An Prepositus Cathedralis Burgi S. Sepulchri, qui est Protonotarius Apostolicus de numero non participantium, liceat sedere in choro, aliusque functionibus ecclesiasticis incedere cum habitu prælati, nempe Rocheto, & Mantelletæ, & suum retinere locum, & stallum, relictantibus aliis Dignitatibus, & Canonici;* responsum fuit, *affirmative, amittis distributionibus quotidianis;* cum addito, *ut amplius causa non proponeretur.* (Ad rem vid. add. disp. verb. Protonotarius.)

Canonici, qui evasit surdus, non lucrantur distributiones, nisi presentiam in choro præstet; **Sacr. Congreg. Episc. in Thean. 22. Martii 1619.** Non sic autem Canonicus factus cæcus, quia hic distributiones acquirat, quamvis non intersit divinis; **Sacr. Congreg. Concil. 26. Jan. 1616. & 20. Julii 1619.** Canonici dispensatus super ætate ad obtinendum Canoniatum cum clausula, quod se promovendi faciat, postquam ad legitimam ætatem venerit, amittit distributiones, si conditionem non curavit adimplere, quamvis choro inserviat; **Sacra Congreg. Concil. in Florentina 12. Jan. 1697.** Distributiones à Canonici absentibus amissæ, accrescent inservientibus, adeo ut ab Episcopo non possint applicari fabricæ ecclesiæ, aliisque usibus piis; **Sacr. Congreg. Concil. in S. Severini 16. Junii 1615. & sic in Cathacen. 18. Julii 1699.** Nec Canonici, non obstante statuto, consuetudine, aut pactione contraria, possunt sibi invicem remittere, & condonare distributiones; **Concil. Trident. sess. 24. cap. 12. de reformat. & Sacr. Congreg. ejusdem Concil. in Giennen. 24. April. & in Avinionen. 25. Septemb. 1700.** Non lucrantur distributiones Canonici, quoties absunt à residentia occasione litium concernentium interesse suarum præbendarum, sine licentia Episcopi, quæ necessaria est, ut respondit **Sacr. Congreg. Concil. in Cavallien. 2. Julii 1677.** in qua cum Præpositus illius cathedralis dicitur licentiam in casu proposito non fuisse necessariam contenderet, reposita causa sub die 18. Septembris ejusdem anni, decretum confirmavit; & sic tenuit **Rota part. 1. decis. 608. num. 1. & part. 4. tom. 1. decis. 354. num. 15.** Distributiones quotidianæ non debentur Canonici infirmis, aut alio legitimo impedimento detentis, si aliam sanam, aut non legitime impediti non erant soliti inservire; **Sacr. Congregat. Concil. in Asculana 5. Junii 1706. in respons. ad 7.** Potest Episcopus statuere, ne Canonici, & alii de capitulo discedant ab ecclesia tempore concionis, & quod illi intersint quoties sub poena amissionis distributionum illius diei, in qua defuerint; **Sacr. Congregat. Episcop. in Comens. 16. Maii 1580. in Castellanen. 20. Augusti 1602. & Sacra Congreg. in Nicinen. 18. Novemb. 1628. Et in Milevitana 9. April. 1707. & Congregat. part. in Catalen. 11. Mar.**

Martii 1708. Vid. verb. Episcopus art. 6. num. 8. Non potest tamen Episcopus decernere, ut Canonici in sacris non constituti non gaudeant distributionibus; **Sacra Congreg. Concil. in Patavina 23. Augusti 1621.**

37 Permitti non debet capitulo, quod dum pro litibus, vel alia causa vult expensas facere utatur distributionibus quotidianis, quia id cederet in detrimentum divini cultus, & ecclesiastici servitii; **Sacr. Congregat. Episc. 38 in Trojan. 16. Maii 1590.** Episcopus, & Capitulum non potest amissas distributiones ob non residentiam remittere, aut condonare illi ipsi, qui eas amittit. **Concil. Trident. sess. 24. c. 12. de reformat. vers. distributiones;** ibi: *Distributiones vero, qui statutis horis interfuerint, recipient; Reliquis quavis collusione, aut remissione exclusæ, hic cauteant, juxta Bonifacii VIII. decretum, quod incipit: Consecutionem, quod Sancta Synodus in usus revocat, non obstantibus quibuscumque statutis, & consuetudinibus.* **Rota part. 4. tom. 2. decis. 1. num. 15. & communiter Doctores cum Barbosa lib. 3. Juris Eccles. univ. cap. 18. num. 5. t.**

39 & seq. Ipse tamen Barbosa l. max. cit. num. 95. asserit, quod poterit Canonici distributiones, quas alter amiserat, sibi jam applicatas, & traditas postea illi ipsi donare, quia nulla collusio potest suspicari, cum donetur id, quod jam amissum est, & per alios perceptum, & pro se citat **Gloss. in cap. unic. de Cler. non resid. verb. suas, & ibi Gemin. in §. Qui vero, num. 10. Navarr. in miscel. 59. deorat. num. 3. & 5. Azor. lib. 7. cap. 7. q. 10. Monet. de distribut. part. 3. quest. 5. num. 6. Sanctarell. lib. var. resol. quest. 13. num. 3. Trullench. lib. 1. cap. 8. dub. 16. num. 4. Cavendum est tamen, ne hac via detur occasio Clericis essentandi se à choro sperantibus sibi faciendam esse remissionem, seu etiam restitutionem à suis Canonici amictis, & ita quod ipse Canonici cogatur saltem ex gratitudine remittere, seu restituere distributiones alii Canonici in diminutionem cultus divini, qui quantum fieri potest, est eo magis augendus, juxta cap. Ex parte 12. de conscri. ibi: *Nolentes igitur Divini Numinis divinitum cultum, sed potius augmentare, & cap. Quia per ambituosum, de re script. in 6. ibi: Minuitur cultus divinus, quem desideramus augeri, ut fuit mens Tridentini loc. cit. & Sacr. Congregationis ejusdem Concilii Interpretis reiteratis decretis sub num. 32. citatis, inhibendo, ne Canonici sibi invicem distributiones remittant, & condonent.* Distributiones quotidianas amittit juste excommunicatus; **cap. Pastoralis 5. verum, de appell. sicut etiam ipsas amittit juste suspensus, & juste interdictus; ut communiter tenent Doctores cum Barbosa loc. cit. num. 72.****

42 Distributiones amittunt Canonici non psallentes, & canentes in choro cum aliis, non enim satisfaciunt, si solum assistant, & intersint horis, & per Capellanos, & alios Beneficiatos psallant, ipsi vero vel ibi, vel domi privatim recitent horas, quia institutio canonicatum est, non ut adsint tantum in choro, sed ut canendo assistant, & ob id eis dantur distributiones: sic colligitur ex **Tridentino sess. 24. c. 12. de reformat. ibi: Omnes vero divina per se, & non per substitutos compellantur obire officia. Atque in Clero ad prædandum instituto hymnis, & canticis Dei nomen reverenter, distinguè, devoteque laudare.** Et sic censuit **Sacr. Congreg. Concil.** Nam proposito dubio: *An Canonici, & alii, qui intersunt divinis officiis, satisfaciant eorum muneri exhibendo suam presentiam in choro etiam quod non contenti, neque psallant, maxime si allegarent se eo tempore meditari, vel submissa voce dicere, que ab aliis cantantur, vel aliarum precum tunc recitare.* An vero teneantur præcite alia, & consona voce divina officia, & horas canonicas recitare, cantare, & psallere, & aliter non satisfaciant muneri, & obligationi? Eadem **Sacr. Congreg. sub die 20. Aprilis 1602.** censuit teneri omnino psallere, aliouquin obligationi suæ non satisfacere. Et sic pro Canonici Basilicæ Vaticanæ articulo diligenter discusso jam fuerat resolutum à **Sacra Congregat. Concil. 12. Novemb. 1592.** ut refert **Pignatell. tom. 9. consultat. 115. num. 16. & 17.** advertens illi verum esse tan attentum jusse communi, & **Concil. Trident. sess. 4. cap. 12. de reformat.** quam vigore specialium constitutionum ejusdem

& confabulantes in choro, non in totum, sed proportionaliter pro parte correspondentibus defectibus. **Suarez de relig. tom. 2. lib. 4. cap. 14. num. 9. Trullench. in decalog. lib. 1. cap. 8. dub. 3. num. 9. Castropalao tom. 2. disp. 2. punct. 4. num. 2. Diana tract. de horis can. resol. 7. Squillant. de obligat. Cler. part. 1. num. 61. Barbosa lib. 3. Jur. eccl. cap. 18. num. 4. Monet. de distribut. p. 3. quest. 3. num. 7. Sanchez in consil. moral. part. 1. lib. 2. dub. 10. Machad. ad lib. 4. part. 4. tract. 3. document. 5. num. 20.** qui dicunt, Canonicos notabiliter confabulantes in choro peccare mortaliter, non tamen teneri ad restitutionem. Distributiones quotidianas non lucrantur Canonici, quando non cantant missam conventualem, seu missam de die. **Sacr. Congregat. Rit. in Favenina 25. Junii 1611. & 28. Januarii 1612. & in Viterbiæ 4. Julii 1615.** Canonici, qui perceperunt distributiones tempore, quo servitium ecclesiæ non præstiterunt, tenentur ad illarum restitutionem. Sic expresse **Sacra Congregatio in Asculana servitii ecclesiæ, & distributionum 5. Jun. 1706. in respons. ad 10.**

Canonici tempore divinatorum officiorum organum pulsans, vel cum musicis psallens amittit distributiones quotidianas, si ex ejusmodi munere certum aliquod stipendium obtineat; **Sacr. Congregat. Concil. in S. Severini 15. Novemb. 1669. lib. 21. Decret. pag. 802. & in Adfac. 11. Julii 1671. lib. 27. Decret. pag. 144.**

Distributiones non lucrantur Canonici choro interestes, qui cum ceteris non psallunt. **Benedict. XIV. tom. 1. constitut. 103. incip. Cum semper §. 24.** Advertendum est, quod ipsas distributiones lucrantur Canonici, & Beneficiati, qui de licentia Ordinarii spiritualia exercitia peragunt in aliqua pia seu regulari Domo, licet pro illis diebus choro non intersint, dummodo tamen ipsa spiritualia exercitia non peragant temporibus Adventus, Quadragesimæ, & in festis solemnioribus, nec omnes simul, sed ed adhibito modo, ut chori servitium nequaquam intermittatur. Sic expresse concessit **Clemens XI. die 1. Febr. 1701.** in sua epistola encyclica à nobis per extensum allata sub verb. *Exercitia spiritualia num. 2.* Vide ibidem. Item advertenda est resolutio sequentis dubii propositi in **Sacra Congregatione Concilii die 1. Februarii 1734. Bosan. ibi: "An Canonici ecclesiæ cathedralis assistentibus Episcopo pontificati exercitiis, vel in suo palatio vel in aliis ecclesiis suæ diocesis, debeant anniversariorum emolumenta, quæ ex voluntate fundatorum distribui consueverunt solum inter presentes; Et quatenus negative; An sit consulendum Sanctissimo pro concessione Indulti ex gratia in casu Cæ?" Sacra Congreg. respondit, *Ad urumque negative.***

Distributiones non lucrantur, etsi fructus præbendæ lucratur, quamvis absens, Canonici ille, qui habet canonicatum suo adnexam, sed extra civitatem, curam animarum; tenetur enim in parochia residere pro eo tempore, quo in parochiali ecclesia residet, & sacramenta administrat. Ita laudatus **Pontifex Instit. eccl. 107. §. 55. ex Conc. Trident. sess. 22. cap. 5. de reformat. addita Bulla 95. S. Pii V.**

Canonici, qui Episcopo inserviunt, si actu debeant choro interesse, non semper obtinent distributiones. Illas enim non lucrantur, nisi cum assistant pontificaliter celebranti, non vero Episcopo diocesim visitanti, vel missam privatam celebranti, **lib. §. 61.**

Distributionibus privantur Vicarius Generalis Episcopi, Canonici Examinatores, quique in tribunali S. Officii munus suum præbet, ministri Cameralis, scilicet, subcolloctores spoliorum, & decimarum, denique peregrinationes etiam sacras obeuntes, nisi illas egerint intra trimestre à Tridentino concessum. Denique Magistri juris canonici, & sacre theologiæ, in publicis Universitatibus docentes, qui tamen si recurrerint ad Sacra Congreg. obtinent fructus præbendæ, & si illi sint tenues, duas tertias partes distributionum, quod etiam postremo conceditur iis, qui causa studiorum in publicis Universitatibus absunt, **lib. §. 72.**

Si eo tempore, quo officia persolvuntur in choro, Capitulum congregandum sit, nisi urgens causa fuerit,

rit, Canonici non possunt absentare sese absque subtractione distributionum pro eo tempore, quo absunt, ut ex decretis Sacre Congregationis. *l. b. §. 72.*  
54. De causis, ex quibus absentes possunt necne percipere distributiones quotidianas, de quibus tum in præcedenti, tum in hoc articulo agit Auctor, longum esset disserere, & ipsum Auctorem, vel declarare, vel confutare. Consule ubi res postulat S. M. Benedictum XIV. *Instit. eccles. 107. à num. 39. ad plur. seq. tum P. Girald. in add. ad Mascac. instit. canon. l. 3. tit. 4. num. 22.*

55. Non est absolute verum, quod distributiones à Canonici absentibus amissæ accrescant inseruiantibus, ut ait Auctor *num. 31.* Vide distinctionem, cum qua procedit Fago. *in cap. Quia nonnulli num. 16. & 21. de Cler. non rezid.* Confer itidem Vanespen. *jur. eccles. univers. p. 1. tit. 7. cap. 11. num. 6. tum & maxime Roseaud de la Combe in sua Jurisprudencia canon. verb. Distributiones num. 2. & 6. ubi nova utitur distinctione.*  
56. (Hic tantum aliquarum decisionum, quæ verb. Beneficium, animadvertuntur, fiet extensio, tamquam huiuscine materię consentanea.)

Per leg. 18. tit. 16. p. 1. datur distinctio inter presbiterum, lepræ macula infectum, vulgo, aut nostro idiomate Gafio, seu alia ægitudine laborantem: primo casu conferri alteri potest beneficium: de ejus tamen redditibus infirmitate iteri pressus alendus: in secundo Coadjutor nominandus, uterque officium adipiscit, ac beneficii fructibus vicilabuntur quibus non suffragantibus, ecclesiæ servilius, scilicet Coadjutor eos integraliter percipiet, & Episcopus necessaria eroganti suppeditabit. *Vid. add. hiis verb. Adjuncti, Canonicius, etc.* Cum scopus: & verb. Gratia, ubi quid hodie circa Coadjutorias proponitur.  
Per leg. 109. causæ variaz propter quas è suis ecclesiis absentes Clerici beneficii perfrui, exceptis quotidianis distributionibus, possunt commoditatibus, signantur, videlicet ad loca sacra peregrinatio, studium in aliqua universitate, dummodo prælati intercesserit consensus, aut si consuetudo sit in contrarium, notum id signanter Capitulo fecerit, Summo Pontifici, sive Episcopo servitium præstitum, (duo Canonici cum hisce degere, & commorari valent) utilitas ecclesiæ, sive in litium prosecutione versetur seu rerum ad ipsam pertinentium restauratione. Multoties est præventum *vid. verb. Etas pag. 72. col. 2. & verb. Annus probationis, pag. 140. in fin. col. 2.* tempus, in quo leges part. perfectionem verb. Blasphemia, in fin. meruerunt, atque quæ obedientia Conciliaribus dispositionibus præstanta designatur: per consequens advertitur, quod, quando de his materiis pertractatur, jure canonico posteriori, satiusque Concilio Tridentino nostræ decisiones conferri debent; *recognoscatur verb. Concilium.*

ARTICULUS III.

In quo adducuntur summarie varia decreta ad rem facientia, prout referuntur à D. Ursaya t. 3. p. 2. disc. 4. num. 114. usque ad num. 149. & tit. 8. p. 1. discip. 34. num. 35.

**D**ubia Jubilatiõnum 18. Decembr. 1718. quando disputata fuerunt plura dubia, & per viam regulæ, & legis generalis resoluta, nempe.  
1. An indulgenda sit jubilatio Canonici & Beneficiatis, qui spatio 40. annorum ecclesiæ inservierunt, licet dicti temporis spatio cum debitis licentiis, & indulgibus abfuerint ab ecclesiis, vel ex causa infirmitatis, vel ex causa studiorum, vel pro suæ ecclesiæ servitio, vel pro ratione munerum, pro quibus obtinuerunt Indulta abessendi pro diebus, & horis, vel indulta simpliciter, & absolute ab ecclesia durante officio illis commisso. *Quod fuit resolutum cum rescripto:* Affirmative quoad absentes ex causa infirmitatis, cum debitis licentiis, & Indultis vel pro suæ ecclesiæ servitio, vel cum Indulto abessendi pro diebus & horis. Negative autem quoad absentes ex causa studiorum, & quoad habentes Indulta abessendi absolute durante officio.

II. An indulgenda sit jubilatio illis, qui inservierunt spatio annorum 40. sed partim in una ecclesia, partim in alia, aut tamquam Canonici in ambabus, aut tamquam Beneficiati in una, & Canonici in alia, nec non illis, qui in una, & eadem ecclesia per totum tempus inservierunt, sed partim tamquam Clerici Beneficiati, partim tamquam Canonici, vel partim tamquam Coadjutores, & partim tamquam principales Titulares? *Quod resolutum cum rescripto:* Negative ad primam partem: Affirmative ad secundam.

III. An indulgenda sit jubilatio illis, qui inservierunt spatio annorum 40. non obstante parvo numero aliorum, qui remanent addicte ecclesiæ servitio; & quis sit parvus numerus inseruiantium in casu, & ad effectum de quo agitur? Dabitur resolutio in casibus particularibus.

IV. An non obstante jubilatiõnis Indulto, jubilatus cogi possit ad inseruiendum, si diuinus cultus detrimentum patiatur? Affirmative.

V. An non obstante jubilatiõnis Indulto, Jubilatus teneatur ad residendum, licet non teneatur ad interessendum? Negative juxta decreta.

Hujusmodi autem decreta de facili erunt sequentia. 7. S. Angeli in Vado 13. Aprilis 1690. in qua resolutum fuit; Canonico Jubilato deberi distributiones, nec ad residendam localem teneri, de qua in lib. 40. decr. fol. 256.

Retina distributionum 19. Aprilis 1692. 4. Dubio: 8. An Canonico Jubilato debeantur fallentes Canonicoz absentium, si choro non intersit? *Responsum fuit:* Affirmative, dummodo non obstent constitutiones particulares & consuetudo ecclesiæ, l. 42. decr. fol. 441.

Patavina Jubilatiõnis 9. Junii 1714. in qua dictum 9. fuit; deberi Canonico Jubilato distributiones, & eum non esse obligatum ad residendum, l. 64. decr. fol. 217.

Aquipendi Indulti 1. Aprilis 1719. in qua Dubio 1. 10. An Canonico Seraphinus vigore Indulti Jubilatiõnis, si choro non intersit, participare debeat de punctaturis, seu fallentis in casu &c. *Responsum fuit:* Affirmative, & amplius.

Dub. II. An idem participare debeat de emolumentis, adventitiis anniversariorum & associationum cadaverum, si functionibus non intersit in casu &c. *Responsum fuit:* Affirmative ad primam partem, dummodo non obstet voluntas testatoris, vel dantis. Ad secundam partem negative.

Novarien. Jubilatiõnis 2. Octob. 1677. An duo Canonici Jubilati collegiate ecclesiæ S. Gaudentii Civitatis Novariæ frui debeant emolumentis anniversariorum, quæ fiunt intra annum, licet non assistant? Affirmative. *Que resolutio confirmata fuit die 28. Novemb. 1681. cum verbis:* Indexis, quoad anniversaria fixa, & in quibus non est cautum à testatoribus, ut interessentes tantum participare deberent, l. 22. decr. fol. 44.

Romana distributionum 5. Martii 1678. & in Romana Jubilatiõnis 23. Martii 1703. ad dubium: An Simeoni de Magnaninis jubilato debeat emolumentum processionum, etsi illis non interfuerit? *Responsum fuit:* Affirmative, l. 53. decr. fol. 81.

Romana jurium canonicalium 9. Maii 1703. *Dubium I.* An Canonico Stradæ, cui ex causa infirmitatis fuit concessum Indultum vacandi à choro, aliisque officiis divinis, illud etiam suffragari valeat pro laudemiis, quindeniis, capitulis, actibusque capitularibus, anniversariis, festivitibus, processionibus, ac pro quibusvis functionibus in ecclesia peragendis, ita ut lucrari debeat omnia emolumenta cujusvis generis, & speciei communia nuncupata, ac etiam vidualia, & candelas? *Quod fuit resolutum cum rescripto:* Affirmative etiam quod laudemia, exceptis anniversariis aliisque obventibus non finis, & in quibus diversimode fuerit à testatoribus dispositum, l. 53. decr. fol. 207.

*Dubio II.* An eidem Canonico competat pro sua ratiõne parte etiam jus accrescentis earum distributionum, & communium, quæ ob absentiam, vel vacationem Canonicoz interessentibus accrescunt, & à qua die supradicta omnia debeantur in casu &c.

Affirmative à die presentationis Indulti. *Que resolutio-*

tio confirmata fuit die 20. Junii 1705. cum rescripto: In dec. & amplius.

17. Immo eadem die ad litum fuit aliud dubium sequentis tenoris: An Canonico Strada lucrari valeat omnes distributiones, quæ simpliciter appellantur quotidianæ? *Quod pariter resolutum fuit Affirmative,* l. 65. decr. fol. 207.

18. Aquipendi Jubilatiõnis 23. Mart. 1697. in qua proposita fuerunt tria dubia & resoluta ut infra.

19. I. An Canonico Jubilatus teneatur vel per se, vel per alium ad celebrationem missæ conventualis per turnum? *Negative.*

II. An eidem teneatur facere depositum tertie partis fructum præbendæ pro distributionibus quotidianis, prout faciunt ceteri Canonici, & Affirmative.

III. An possit ipse participare distributiones, quas ponunt in massa ceteri Canonici, tam quoties ipse præsens est in choro, quam etiam quoties abfuerit? Affirmative etiam quoad fallentes, nisi obstet statutum, vel consuetudo.

20. Bituntina aniversariorum 1. Jul. 1679. *Quando resolutum fuit,* Jubilatum non esse admittendum ad participandum de emolumentis anniversariorum, l. 30. decr. fol. 208.

21. Romana distributionum l. 30. decr. f. 16. & f. 36. à tergo. *Quando fuit resolutum:* Fallentes non deberi Canonico Jubilato, si choro non intersit.

22. Maceraten. Jubilatiõnis 8. Martii 1698. *Quando fuit resolutum:* Indultum Jubilatiõnis non sustineri, quando deficiit laudabile servitium ecclesiæ per spatium annorum 40.

23. Bononiën. Jubilatiõnis 17. Jun. 1696. in qua dictum fuit: Canonico Jubilato deberi distributiones non solum relictas ecclesiæ ante servitium quadragenarium, sed etiam illas quæ auctæ fuerint durante eodem servitio. In cujus casu agebatur de distributionibus auctis anno 24. servitii. *Que resolutio fuit confirmata die 28. Apr. 1697.* cum addito, ut amplius causa non proponeretur. De hac resolutione mentionem fecit Bertachin. *Vot. dec. 13. per tot.*

24. Romana 20. Decemb. 1699. *Quando fuit resolutum, Indultum Jubilatiõnis deberi Canonico, qui inseruit per annos 40. ecclesiæ, prius uti Beneficiatus, & deinde uti Canonicoz lib. 49. decr. fol. 502.* *Quod non procederet in casu, in quo servitium fuisset prius præstitum in qualitate simplicis Clerici, præcipue si pro reliquo tempore etiam constaret de servitio laudabili præstito; Ut revocandum Indultum prius concessum resolvit S. C. C. in Fanen. Jubilatiõnis 13. Januar. 1703. l. decr. fol. 12.*

25. Burgi S. Domini Jubilatiõnis 29. April. 1704. lib. 54. decr. fol. 182. *quando resolutum fuit:* Indultum Jubilatiõnis suffragari non solum pro distributionibus ordinariis, sed etiam extraordinariis. Quæ debentur à die intimati Indulti, non attenta lite, desuper per Canonicos promotas. *Ibidem ad dubium secundum.*

26. Quando aliqua concurrat difficultas circa integrum laudabile servitium ecclesiæ præstitum per annos 40. vel ob Indultum abessendi, vel ex causa infirmitatis, vel ex alio rationabili motivo, solet S. C. C. benigne concedere Indultum abessendi ad tempus, ut præcavit in Florentina Jubilatiõnis in Jan. 1711. l. 61. decr. fol. 12. ubi concessit facultatem abessendi à choro per triennium, & in Nepesina Jubilatiõnis 28. Nov. diei. anni 1712. ubi Indultum vacandi ad triennium.

27. Abessendi Indultum multoties prorogatum, tam ex casu difficili accessu ad residentiam, quam actualis servitii præstiti uni ex S. R. E. Cardinal. in Ube præsentis, canonicatum, & approbatum fuit à Sac. Congreg. Concilii in Avenion. Indultorum 9. Febr. 1705. cum addito tamen, ut post ultimum terminum Indulti Canonico omnino deberet redire ad residentiam.

28. Servitium præstitum à Canonico, uti Coadjutore connumeratur in annis quadraginta ad effectum obtinendi Indultum Jubilatiõnis, S. C. C. in Brisien. 27. Martii 1682. ubi de anni duobus Coadjutorie, & 11. Febr. 1699. ubi de anni septem. Et in Bergomen. Jubil. 8. Augusti 1687. ubi de anni quinque.

29. Segobien. 15. Decemb. 1704. Sac. Congreg. Conc. noluit confirmare statutum, in quo petebatur restrictio

temporis annorum 30. pro consequenda Jubilatiõne describendo in primo dubio; *Negative quoad primam partem statuti, in qua petitur reductio temporis ad 30. pro consequenda Jubilatiõne.* Prout etiam noluit confirmare idem statutum in alia parte, in qua Canonici absentibus concedebatur tertia pars distributionum, rescribendo; *Negative pariter quoad tertiam partem concensionem distributionum quotidianarum, lib. 63. decr. fol. 701. & lib. 64. f. 612. & 717.* De quibus rescriptis mentionem facit Monacelli in form. tom. 2. tit. 13. form. 2. n. 77. fol. 60. & in tom. 4. fol. 13. ubi, quod Indultum Jubilatiõnis originem habet à Collegio Levitarum mosaicæ legis, in quo Levitæ servientes ab anno 25. usque ad annum 50. tamquam emeriti non amplius inseruebant, juxta verba illa num. 9. 24. *Hæc est lex Levitarum. A 25. annis & supra ingrediuntur, ut ministrent in Tabernaculo faderis, cumque 50. annum ætatis impleverint, servitio cessantur, eruntque ministri fratrum suorum in Tabernaculo faderis, ut custodiant, quæ sibi fuerint commendata, opera autem non faciunt; Hæc tenus ad literam. D. Ursaya loc. cit.*

Cum Canonici ecclesiæ cathedralis civitatis Asculi ab immemorabili in toto anni curriculo non nisi unicum mensem haberent vacationem à servitio chori, quemadmodum gaudebant Mansionarii ejusdem ecclesiæ, supplicarunt anno 1647. Sac. Cong. Concilii, pro concessione alterius mensis, & favorable Indultum impetrarunt, ac rursus anno 1696. prævia relatione tunc temporis Episcopi obtinuerunt concessionem vacationis per alium mensem, & sic in totum trium mensium cujuslibet anni juxta modum præscriptum à Sacro Concilii Tridenti. Et quamvis attenta concessione vacationis istorum trium mensium, adhuc chori servitium semper fuerit laudabiliter, & summa totius populi adificatione expletum, tamen die Sabbati 5. Jun. 1706. fuerunt in eadem Congreg. posita sequentia dubia, quibus fuit responsum ut infra.

Dub. I. An sit standum, vel recedendum à decisis 28. Januar. 1696. Dilata, & exquiratur melior informatio super quantitate reddituum, & qualitate servitii.

II. An Archiepiscopo, & Canonico liceat vacare à choro, & servitio ecclesiæ temporibus Adventus, & Quadragesimæ, & in Dominicis, aliisque festis, quæ in Cathedrali Asculana non dicantur solemniter, & aliis privilegatis?

Negative.  
III. An, & quomodo sit faciendus turnus per hebdomadam? Turnum faciendum esse per duas ex tribus partibus.  
IV. An si aliquis ex Canonicoz in sua hebdomada non inseruat, ita ut due tertie illorum partes choro non intersint, alii inseruiant, & interessentes, lucentur distributiones?

Affirmative.  
V. An distributiones non intervenientium possint poni in massa communi, & dividi æqualiter, seu possit ad ratam servitii?

Negative quoad primam partem, quoad secundam affirmative.

VI. An absentes tempore vacationis, ultra fructus suorum præbendarum, lucentur distributiones quotidianas?

Dilata.  
VII. An distributiones quotidianæ debeantur Canonico infirmo, si alius sanus, non esset solus residentis?

Negative.  
VIII. An debeantur Canonicoz coadjutis infirmis, si Coadjutores sani non inseruiant?

Negative, & prædicta dubia amplius non proponantur.  
IX. An distributiones relictæ à Cardinali Bernario de suo, & danda solis interessentibus maturoz, debeantur infirmis?

Exhibendum esse Instrumentum fundationis.  
X. An Canonici, qui perceperunt eisdem distributiones pro tempore, quæ servitium ecclesiæ non præstiterunt, ad illarum restitutionem teneantur?

Affirmative.  
Repropositis vero die 5. Jan. 1707. tribus ex dictis decem dubiis.  
Ad I. in decisis quoad concessionem tertii mensis vacationis.

Ad VII. *Negative, & amplius non proponatur.*  
 Ad IX. *Stetit in decretis.* Sic apud D. Ursayam tit. 8. *discep.* 34. num. 55.  
 34. "Distributiones non lucrantur Canonici choro inter-  
 essentes, qui cum ceteris non psallunt. *Benedicti XIV.*  
 35. tom. 1. const. 103. *incip.* Cum semper §. 24. Adverten-  
 dum est, quod ipsas distributiones lucrantur Canonici,  
 & Beneficati, qui de licentia Ordinarii spiritualia exerci-  
 tia peragunt in aliqua pia, seu regulari domo, licet  
 pro illis diebus choro non intersint, dummodo tamen ip-  
 sa spiritualia exercitia non peragant temporibus Adven-  
 tus, & Quadragesimæ, & in Festis solemnioribus, nec  
 omnes simul, sed eo adhibito modo, ut chori servitium  
 nequaquam intermitatur; Sic expresse concessit Cle-  
 mens XI. die 1. Febr. 1700. in sua epistola encyclica à  
 nobis per extensum allata sub verb. *Exercitia Spiritualia*  
 num. 2. Vide ibi: Item advertenda est resolutio Sacre  
 Congregationis Concilii die 1. Febr. 1734. *Bosanen.* ibi:  
 "An Canonici ecclesie cathedralis assistentibus Epis-  
 copo pontificalia exercitia, vel in suo palatio, vel in  
 aliis ecclesiis sue diocesis, debeant anniversariorum  
 emolumenta, quæ ex voluntate fundatorum distribu-  
 ti consueverunt solum inter presentes; Et quatenus ne-  
 gative. An sit consulendum Sanctissimo pro concessio-  
 ne indulti ex gratia in casu &c." Sac. Congregat.  
 respondit: Ad utrumque negative.  
 DIVINATIO. *Vide verb. Superstitio à num. 12. ad 33.*

**DIVORTIUM.**  
**SUMMARIUM.**

1. *Divortium quotuplex, quale, & unde dicatur, ad n. 5.*
2. *Divortium quoad vinculum ex jure communi, & cujus auctoritate per dispensationem, ad num. 17.*
3. *Divortium quoad torum, & cohabitationem quot, & quibus de causis fieri possit, ad num. 33.*
4. *Quos pariat effectus adulterium quoad divortium, ad num. 52.*
5. *Quid juris quantum habeat conjux fidelis ex adulterio spirituali alterius conjugis.*
6. *An semper liceat divortium facere propter adulterium, ad num. 58.*
7. *Quando vir adulterandi causam mulieri prebere censetur, & quando non, ad num. 60.*
8. *Quid Grecis nuper veritum sit circa divortia.*
9. *Addit. ex aliena manu subnectuntur, ad num. 77.*

**D**IVORTIUM generatim potest capi tripliciter, scilicet quoad vinculum, quoad torum solum, quoad torum, & cohabitationem simul. Divortium quoad vinculum est separatio conjugum, dissolutio penitus eorum matrimonio, ita ut & maritus possit aliam ducere uxorem & uxor alium ducere maritum, prout colligitur ex *tor. tit. ff. de divortio*. Divortium quoad torum solum est separatio conjugum quoad debitum conjugale alteri licite denegandum & manentem vinculo matrimonii valide contracti, & cohabitatione in eodem domo, & mensa. Divortium quoad torum, & cohabitationem simul est separatio, & liberatio conjugum non tantum ab obligatione reddendi debitum, sed etiam habitandi in eadem domo, mensa, & lecto. Hoc nomen *divortium* spectata nominis etymologia desumptum est, ut habetur *L. 2. ff. de divortio*. & *repud.* à diversitate mentium, quatenus conjuges, qui per divortium se secerunt, quodammodo quoad effectus se alienant; quatenus ex alienatione affectuum se ab invicem separant; seu desumpit ex eo quod ad diversas partes divertunt. (*Leg. l. tit. 10. p. 4.*)  
 6. Divortium quoad vinculum, seu totalis dissolutio matrimonii rati, & non consummati fit inter fideles professione religiosa; ita ut uno conjuge in religionem ingresso, & professo, alter in seculo relictus possit transire licite ad alias nuptias. *Est communis ac certa*, textu expresso in *cap. Verum 2. c. ex publico 7. de conversione*.

*conjugar.* & Concil. Trident. *sess. 54. Can. 6. ibi:* "Si quis dixerit matrimonium ratum non consummatum per solemnem religionis professionem alterius conjugum, non dirimi, Anathema sit." Unde cuiuslibet conjugum post contractum jam matrimonium conceditur bimestre ad deliberandum an consummare, vel religionem ingredi velit, *tit. c. Ex publico 7. de conversione conjugar.* Non dissolvitur tamen matrimonium ratum, nec fit divortium, quoad ejus vinculum per votum solemne castitatis in susceptione ordinis sacri, quia licet hujusmodi votum impediat matrimonium contrahendum, tamen non sufficit ad dissolvendum matrimonium prius contractum, quamvis nondum consummatum; *Cum nec jure divino, nec per sacras canones reperitur hoc statutum; prout argumentatur, atque declarat Joannes XXII. Extravog. Antiquæ, de voto, & voti redemptione.* Et multo minus fit divortium, & quoad vinculum dissolvitur matrimonium ratum, & nondum consummatum per votum simplex castitatis, *ex textu expresso in c. Ex parte tua 14. de conversione conjugar. (Leg. 4. tit. 1. part. 4. tit. 1. lib. 3. For. Reg. Ad rem lex 2. tit. 10. p. 4. 35. tit. 5. 8. tit. 8. p. 1.)*

Potest autem divortium fieri, & quoad vinculum dissolvi totaliter matrimonium ratum, & nondum consummatum etiam per dispensationem Summi Pontificis, ita ut ambo conjuges licite possint transire ad alias nuptias. Sic tenendum esse declaravit die 16. Jul. 1599. Congregatio particularis à Clemente VIII. deputata, cui interfuerunt Cardin. Asulanus, Burghesius, Blanchettus, Mantica, Arigonius, Vicecomes, Osatius, & Bellarminus, nec non RR. PP. Seraphinus, Pamphilius, Pegna, & Mellinus tunc Rotæ Auditores, ac Petrus Justinianus, & Costa Societatis Jesu; omnes omni exceptione majores, tum in sacra theologia, tum in sacris canonibus, & sic etiam pluries censuit Sacra Congregatio Concilii & signanter in *Carpenteralensi*, 25. Jan. 1608. *in una Seguntina* 17. Sept. 1603. *in una Ferrariensi* 20. Maii 1613. & *in una Augustana* 16. Maii 1618. Et hæc est praxis recepta à Romana curia, ut abunde patet ex pluribus exemplis relatâs Doctoribus. Divus enim Antoninus *tert. part. tit. 1. c. 1. §. 3.* affirmat se vidisse hujus dispensationis Bullas expeditas à Martino V. & Eugenio IV. Navarr. *in manual. c. 22.* refert, Julium III. Paulum III. & Plenum IV. sic dispensasse; Cajet. *1. 1. opusc. 28. de matrim.* asserit suo tempore hujusmodi dispensationes emanasse à Summis Pontificibus; Henric. *l. 11. de matrim. c. 8. num. 11. in Gloss. lit. f.* refert Gregor. XIII. unica die cum undecim Oratoribus dispensasse, & præsertim pluribus aliis, Urbanus VIII. dispensari mandavit per Archiepiscopum Neapolitanum super matrimonio rato inter DD. Michaellem Blanchum, & Joannem filium Principis, & Principissæ de Concha Civitatis Neapolit. præcisiliter in forma Brevis sub Annulo Piscatoris expeditis, tenoris sequentis, videlicet.

A tergo.

Venerabili Fratri Archiepiscopo Neapolitano.

Intus vero.

URBANUS PAPA VIII.

Venerabilis frater, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Principes, & Principissa de Concha Neapolitana. quod per conservatione illorum statuum, & familie, cupiunt Joannem illorum filium unigenitam, cum aliquo viro ex dicta familia, matrimonialiter copulari; verum, quia dicta Joanna, tunc in decimo tertio ætatis sue anno constituta, matrimonium cum dilecto filio Michaeli Blanco per procuratorem per verba de rato contraxit; & quod ratione hujusmodi matrimonii graves lites, & inimicitie ortæ jam sint, & majores fuissent, nisi auctoritate, & providentia dilecti filii nobilis viri Comitis de Monterey, Proregis Neapolitani, provisum fuisset; Nos &c. fraternitati tuæ committimus, & mandamus, quod

matrimonium hujusmodi sic factum, & non consummatum, stante etiam consensu partium, nullum, & invalidum; ad effectum ut dictus Michael cum alia muliere, Joanna vero prædicta cum alio viro de dicta familia, præcedente tamen dispensatione apostolica super consanguinitatis, seu affinitatis gradu, quatenus opus sit, libere & licite contrahere valeant, apostolica auctoritate declares, non obstantibus præmissis, & quibuscumque Constitutionibus Apostolicis."

Datum Romæ &c.

12. Accedit ratio: quia si Pontifex potest dispensare in professione religiosa, per quam dirimitur matrimonium ratum, à fortiori poterit dispensare in matrimonio ipso. Tum quia ex verbis Christi dictis Petro *Matth. 16. & 19. Tu es Petrus, & super hæc petram ædificabo ecclesiam meam &c.* Quodcumque solveris super terram, erit solutum & in calis; colligitur dedisse ipsi Petro, & suis successoribus amplissimam facultatem dispensandi in iis, quæ sunt juris divini, & non deducuntur proximè ex principiis juris nature, sed remotè, & quæ habent admixtum aliquid obligationis humane, maxime ob bonum publicum, aut commune ecclesie, vel animarum salutem, & sic credibile est, Deum suo Vicario contulisse potestatem dispensandi in matrimonio rato nondum consummato, casu quo id exigat bonum ecclesie, aut animarum salus. Nec valet dicere, quod si hoc valetet pro matrimonio rato, valetet etiam pro matrimonio consummato; cum æque, immo magis, & sæpius pro bono communi ecclesie, & animarum salute serviret, si dispensaretur in matrimonio consummato, quam ratio, adeoque, si ob bonum commune ecclesie, & animarum salutem non potest Papa dispensare in matrimonio consummato, neque poterit in rato, cum utrumque sit æque indissolubile de jure divino. Non valet, inquam, quia matrimonii Sacramentum quoad significationem non est completum usque ad carnalem copulam inclusive, ita quod matrimonium ratum significet conjunctionem Del ad animam per charitatem, consummatum vero conjunctionem Christi ad ecclesiam; *cap. Debitum 5. de Bigamis.* Prima autem conjunctio est solubilis, non secunda, ideoque matrimonium ratum solvi potest, non vero consummatum. Unde, ut recte Pignatelli *tom. 1. consultat. 148. num. 4.* Dominus *Matth. 19.* non dixit, *Quod Deus conjunxit homo non separet*, nisi post illa verba, *Et erunt duo in carne una.* Et Apostolus ad *Ephes. 5.* non dixit: *Hoc Sacramentum magnum in Christo & Ecclesia;* nisi post illa verba: *Et erunt duo in carne una, & ideo: Leo Pontifex inquit, ut refertur Magister in 2. *Arinens.* 31. & Gratianus *cap. 27. quest. 2. Societas nuptialis ita est à principio instituta, ut præter communionem sexuum non habeat Christi & ecclesie Sacramentum.* Hoc etiam docet textus in *cap. Ex publico 7. §. Sane, de convers. conjugar.* ibi: *Sane, quod Dominus in evangelio dicit, non licere viro, nisi ob causam fornicationis uxorem suam dimittere, intelligendum est secundum interpretationem sacri eloqui de his, quorum matrimonium carnali copula est consummatum, sine quo consummari non potest.* Hinc Rota in *Burgensi dissolutionis matrimonii 17. Junii 1594. coram Justo*, quoad potestatem Papæ dissolvendi matrimonii rati nondum consummati concludit non esse dubitandum, quia hæc est communis opinio Canonistarum, præsertim de conjugum consensu, & ex justa aliqua causa.*

13. Ad dissolvendum quoad vinculum matrimonium si ve ratum, si ve consummatum cum impedimento dirimente contractum, requiritur auctoritas Judicis legitimi ecclesiastici; non enim privata conjugum auctoritate dissolvi potest, nec unus alterum dimittere valet, etiamsi certi sint de impedimento dirimente, ideoque notorium existat; textu expresso in *cap. Porro 2. de divor. tit.* ibi: *Porro de Comité Pontini, qui B. uxorem suam ob quo iudicio ecclesie dimisit, quia eam cognatam fuisse uxoris defunctæ proposuit, prudentia tua cognoscit; quod si etiam parentela esset publica, & notoria, obique iudicio ecclesie ab ea separari non potuit, quare ipsum ad eam recipiendam districtè compellat; quam si recipere noluerit, FERREAR. BIBLIOTECÆ, TOM. III.*

16. cum & superinductam vinculo Excommunicationis adstringat. Non debet tamen, nec potest ecclesiasticus Judex matrimonium dissolvere quoad vinculum statim ac unus, vel ambo conjuges ipsemet, accedente etiam rumore viciniarum, fateantur se cum impedimento dirimente, v. g. affinitatis, vel consanguinitatis contraxisse: sed debet eidem Judici prius constare de impedimento dirimente per probationem plenam & perfectam, qualis est, quæ fit saltem per duos testes omni exceptione majores textu expresso in *cap. Super eo 5. de eo qui cognovit*, ibi: *Super eo quod postulas, utrum conjugatus, qui ante contractum matrimonium uxoris sue consanguineam carnali commixtione cognovit, cum id fateatur usque, & aliqua pars viciniarum hoc acclamare dicatur, sit ab uxore sua iudicio ecclesie reparandus. Tue Fraternalitati respondemus, quod propter eorum confessionem tantum, vel rumorem viciniarum separari non debent cum quandoque nonnulli inter se contra matrimonium velint colludere, & ad confessionem inestus, (aut alterius impedimenti) facile prosterent, si suo iudicio crederent, per iudicium ecclesie concurrendum. Rumor autem viciniarum non adeo est judicandus validus, quod nisi rationabiles, & si de digna probatione accedant, possit bene contractum matrimonium irritari.*

17. Matrimonium valide inter fideles contractum, & consummatum est quoad vinculum indissolubile. *Est communis inter Catholicos ex definitione Concilii Tridentini sess. 24. canon. 5. ibi:* "Si quis dixerit propter heresim, aut molestam cohabitationem, aut affectatam absentiam, aut conjugum dissolvi posse matrimonii vinculum, anathema sit." *& Canon 7. ibi:* "Si quis dixerit ecclesiam errare, cum docuit, & docet juxta evangelicam, & apostolicam doctrinam propter adulterium alterius conjugum matrimonii vinculum non posse dissolvi &c. anathema sit." Et habetur expresse ex verbis Christi *Matth. 19.* ibi: *Quod Deus conjunxit, homo non separet.* Item ex Apostolo ad *Roman. 7.* ibi: *Mulier vivente viro alligata est legi, & 1. ad Corinth. 7.* ibi: "His, qui matrimonio juncti sunt præcepto non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere, quod si discesserit, manere in nuptiam, aut viro suo reconciliari," quæ verba de matrimonio consummato inter fideles contracto sunt intelligenda juxta textum in *cap. Ex publico 7. de convers. conjugar.* supra sub num. 14. allegatum.

18. Divortium quoad torum, & cohabitationem potest licite fieri iusta & legitima causa interveniente. Habetur ex perpetua ecclesie praxi, & ex expressa definitione Concilii Tridentini *sess. 24. canon. 8. ibi:* "Si quis dixerit, ecclesiam errare, cum ob multas causas separationem inter conjuges quoad cohabitationem ad certum, incertumve tempus fieri posse decernit, anathema sit." Justæ autem, & legitime causæ, ob quas potest licite fieri divortium inter christianos conjuges, septem generatim solent assignari. Prima est mutuus conjugum consensus, ut cum ambo intrant religionem, vel vir assumit statum clericalem, & uxor ingreditur religionem, vel unus solum conjugum religionem ingrediatur, altero in seculo remanente, dummodo perpetuum votum continentie emittat, ut statuitur in *cap. Cum sis 4. de convers. conjugar.* ibi: *Ut castitatem promittente, & cap. Ad Apostolicam 13. eodem tit. ibi:* *Nisi perpetuum continentiam promittat.* Et ejus sit ætatis, & conditionis, ut non sit suspectus, vel suspecta de periculo incontinentie ratione morum, ut statuitur in *capite Usoratus 8. eod. titul. ibi:* *Quæ integræ opinionis existat, ut nulla suspicio habeatur, quod minus continenter habeat vivere, & infra: Si autem talis fuerit, quæ suspicio non caret, debet religionem intrare.* Sic etiam conjuges mutuo consensu divortium à cohabitatione tori facere possunt, ut juxta monitum Apostoli *1. ad Corinth. 7.* vacent orationi, ibi: *Ad tempus se separent conjuges, ut vacent orationi.*

19. Secunda justæ, & legitime causæ est fornicatio spiritualis, seu lapsus in heresim, seu gentilium aliterius conjugum, ob hanc enim causam conjux innocens etiam propria auctoritate potest licite facere divortium quoad torum, & cohabitationem; cum hac tamen advertentia, quod si conjux innocens propria auctoritate, & sine iudicio ecclesie divortium fecit à conjuge in heresim lap-